quid hostis terrendi causa constitutum est.]

*A*71 *E*13 De subsiciuis controuersia est quotiens aliqua pars centuriae siue tota non est adsignata et possidetur. [aut quidquid de extremitate perticae possessor proximus aliusue detine-
*E*14 bit, ad subsiciuorum controuersiam | pertinebit.] (fig. 19)

De locis publicis siue populi Romani siue coloniarum municipiorumue controuersia est quotiens ea loca quae neque adsignata neque uendita fuerint umquam, aliquis possederit; ut alueum fluminis ueterem populi Romani, quem uis aquae interposita insula elisa proximi

3. subsicibis *A*. ‖ 4. siue *om E*. ‖ 8. loca *E*, *om AG*. ‖ 9. que *A*. ‖ uendit, *omisso* fuerint, *E*. ‖ umquam] quam *A*, aquas *E*, quae *G*. ‖ 10. possiderit *G*, possidebit *E*. ‖ ueterē in *A*, uetere *G*. ‖ 11. quem uis *E*, quam uim *A*, quamuis *G*. ‖ aq. *A*, aqua *G*. ‖ interiecta *E*. ‖ insula et diuisi *AEG*.

G «Si autem rationem appellationis huius tractemus, territorium «est quidquid hostis terrendi causa constitutum est.»

De iure subseciuorum subinde questiones mouentur. subseciua autem ea dicuntur quae assignari non potuerunt. id est, cum sit ager centuriatus in loca culta quae in centurias erant, cum *centuria expleri non potuit,* subseciuum appellant (appellauit *GP*). *haec aliquando auctor diuisionis aut sibi reseruauit, aut aliquibus concessit aut r. p. aut priuatis personis; quae subciua quidam uendiderunt, quidam uectigalibus certo tempore locant. inspectis ergo perscrutatisque omnibus condicionibus inueniri poterit quid sequi debeamus.* nam *Domitianus per totam Italiam subseciua possidentibus donauit, edictoque hoc uniuersis notum fecit. leges* itaque *semper curiose* (curiosae *P*) *legendae interpretandaeque* (interpretandeque *P*) *erunt.*

«De locis publicis siue populi Romani siue coloniarum «municipiorumue controuersia est, quotiens ea loca quae ne«que assignata neque uendita fuerint,» «ab aliis obtinebun«tur (obte'nebuntur *G*), ut subseciua concessa.» multis enim
*G*32 locis comperimus loca publica repperiri, «ut ex proxi|mo in

possessoris finibus reliquerit; aut siluas quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex ueteribus instrumentis cognoscimus, ut ex proximo in Sabinis in monte Mutela (fig. 20). | nam et coloniarum aut municipiorum similis est condicio, quotiens loca quae rei publicae data adsignata fuerint ab aliis obtinebuntur, ut subsiciua concessa. (fig. 21)

AEG *A* 72

De locis relictis et extra clusis controuersia est in agris adsignatis. relicta autem loca sunt quae siue loco-

1. possessores *AG*. || reliq.rit *A*, reliquerint *G*. || ut *E*. || siluae *AG*. || aequas *E*. || ad prm *A*. || 3. montem *E*. || mutila *A*, utelli *E*. || 4. et mun. *E*. || 5. que *A*. || assignataque *E*. || 6. fuerant *G*. || obtenebuntur *G*. || et *A*. || 8. que *A*.

«Sabinis in monte Mutela», qui nunc a priuatis operibus obtinetur. *nam et regione Reatina* itidem *sunt loca p. R.* (PR *P*, RP *G*). loca autem quae sint publica uideamus. sunt *siluae de quibus lignorum copia in lauacra publica ministranda caeduntur. sunt et loca publica quae in pascuis sunt relicta quibuscumque ad urbem uenientibus peregrinis.* sunt in suburbanis *loca* publica *inopum destinata funeribus, quae loca culinas appellant:* sunt *et loca noxiorum poenis destinata. ex his locis, cum sint suburbana, sine ulla religionis reuerentia solent priuati aliquid usurpare atque hortis suis applicare. sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuere conciliabula, et postea sunt in municipii ius relata. sunt et alia loca publica quae praefecturae appellantur.* nam et pomeria urbium, de quibus iam superius suo loco disputauimus, publica loca esse noscuntur. *multis modis loca publica dici possunt, sed dum diuersis condicionibus constringuntur, non possunt nisi sua suis locis incedere. nam et ubi uis aquae aluei Tiberis populi Romani tantum modo insulam fecit, locus est publicus. siluae etiam sunt iuxta hoc alueo suis circum datae terminibus, quae casalia non utuntur.*

G

«De locis relictis et extra clusis controuersia est in «agris assignatis. relicta autem ea loca sunt quae siue ini- «quitate locorum assignari nequiuerunt, siue ex uoluntate

AEG rum iniquitate siue arbitrio conditoris [relicta] limites non acceperunt. haec sunt iuris subsiciuorum (fig. 22). extra clusa loca sunt aeque iuris subsiciuorum, quae ultra limites et intra finitimam lineam erint. finitima autem linea aut mensuralis est aut aliqua obseruatione aut terminorum ordine seruatur. multis enim locis adsignationi agrorum inmanitas superfuit, sicut in Lusitania finibus Augustino-
(*A*) rum.

G 15 De locis sacris et religiosis | controuersiae plurimae nascuntur, quae iure ordinario finiuntur, nisi si de loco-

1. iniquitates *G.* ‖ siue in arbitrium *A.* ‖ relecta *A.* ‖ 2. acciperunt *A.* ‖ 3. aequae *G*, quae *E.* ‖ q. *A.* ‖ 4. intra *Goesius:* ultra *AG*, *om E.* ‖ finitima *E.* ‖ erunt *EG.* ‖ finitimam *A.* ‖ aut *om E et Boethius p.7 r.* ‖ 5. aut aliquo terminorum *E et omisso* ordine *Boethius.* ‖ 6. assignationes *E.* ‖ 7. et inmanitas *E*, inmunitas *G.* ‖ superfuit *post* augustinorum *E.* ‖ sicut *EG*, et *A.* ‖ lussitania *A*, lusitaniae *E.* ‖ 10. nascuntur quae *om G.* ‖ iurae *G.* ‖ nisi *om E.*

G «conditoris», hoc est mensoris, «relicta limites minime «acceperunt.» dicuntur et ea relicta loca quae uis aquae obtinuit. haec loca et insoluta uocantur et «iuris subseci-«uorum esse» noscuntur. «Extra clusa loca sunt aeque iu-
G 33 «ris subseciuorum, quae ultra limites et ultra finitima | li-«nea erunt. finitima autem linea aut mensuralis est, aut ali-«qua obseruatione aut terminorum ordine seruatur.» *ergo fines coloniae inclusi sunt montibus. propterea haec loca, quod assignata non sint, relicta appellantur; et extra clusa, quod extra limitum ordinationes sint et tamen fine cludantur. haec plerumque proximi possessores inuadunt et oportunitate loci irritati agrum obtinent. cum his controuersiae a rebus publicis solent moueri.*

«De locis sacris et religiosis controuersiae plurimae iure «ordinario finiuntur.» *si enim loca sacra aedificabantur, quam maximae apud antiquos in confinio constituebantur, ubi trium uel quattuor possessionum terminatio conueniret. et unus quis possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo, et*

rum eorum modo agitur; ut lucorum publicorum in mon- *EG*
tibus aut aedium, quibus secundum instrumentum fines
resti|tuuntur; similiter locorum religiosorum, quibus se- *E* 15
cundum cautiones modus est restituen|dus. habent enim *E* (15) 21
et Moesilea iuris sui hortorum modos circum iacentes aut
prescriptum agri finem.

De aquae pluuiae transitu controuersia est, in qua si collectus pluuialis aquae transuersum secans finem in al-

1. eorum *om E.* ‖ lucorum *Goesius:* locorum *EG.* ‖ 2. finis constituendus est *E.* ‖ 4. cautionis *E.* ‖ habeat *E*, habeant *G.* ‖ 5. misolea *E.* ‖ sui *om E.* ‖ modum *E.* ‖ 6. rescripta *E.* ‖ 7. TRANSITUM *G*, ductu *E.* ‖ 8. contumelia pluuialis quae *E.* ‖ in *om G.*

quantum donasset scripto faciebat, ut per diem sollemnitatis *G*
eorum priuatorum agri nullam molestiam inculcantis populi sus-
tinerent. sed et siquid spatiosius caedebatur, sacerdotibus tem-
pli illius proficiebat. in Italia autem multi crescente religione
sacratissima Christiana lucos profanos siue *templorum loca oc-*
cupauerunt et serunt. sed hoc ideo existimaui dicendum, ut
magisterium suum si uult mensor ostendere, modum conces-
sum fano illi demonstret. «Locorum autem religiosorum si-
«milis est condicio. et his namque secundum cautionem mo-
«dus» restituebatur antiquitus. nam sanctum est plerumque
ut incorruptum, et a sanciendo sanctum dicitur; religiosum
a religando (relegando *GP*) mentes, ne male agant homines.
sacrum autem proprie (propriae *G*) dei est, religiosum
enim (*sic GP.* hominum *Goesius edidit*). uel a relinquendo.
profanum autem | quod dum sanctum fuisset, postea in usu *G* 34
hominum factum, hoc est extra fano, extra sanctuario, profa-
num dictum est. «Moesilea uero habent iuris sui hortorum
«modum circum iacentem uel prescriptum agri finem.» *nam*
lucos frequenter in trifinia et quadrifinia inuenimus, sicut in
suburbanis et circa publica itinera constitutum esse perspicimus.

«De aqua pluuia et transitu controuersia est, in qua si
«collectus pluuialis quae transuersum secans finem alterius
«fundi influit.» *si aqua ex pluuia collecta riuum fecerit per*

EG terius fundum influit, et disconuenit, ad ius ordinarium pertinebit: quod si per ordinationem finis ipsius agitur, exigit mensoris interuentum, et controuersia tollitur.

De itineribus controuersia est quae in arcifiniis agris iure ordinario finitur, in assignatis mensurarum ratione. omnes enim limites secundum legem colonicam itineri publico seruire debent: sed multi exigente ratione per cliuia et confragosa loca eunt, qua iter fieri non potest, et sunt in usu aliquorum: eorum locorum qui proximus possessor
A 73 est, cuius forte | silua limitem detinet, transitum inuerecunde denegat, cum itineri limitem aut locum limitis debeat. (fig. 23)

1. fundum *E*, flumen *G*. || 3. et controuersia tollitur *om G*. || 4. arcifineis *E*. || 5. finiuntur iure ordinario *E*. || rationem *E*. || 7. exigenti *G*, exigent *E*. || rationem *E*. || diuia *G*, deuia *E*. || 8. loca *om G*. || 9. aliquorum] agrorum *G et ante* usu *E*. || ubi *EG*. || 10. est *om E*. || 11. iteneri *A*. || limis *E*. || locum limetis (limiti *G*) *AG*, limis loco *E*. || debeatur *E*.

G *longinquitatem temporum, et ut solet uideri, ripam ex utraque parte mediam secans erexerit, et hoc intra fines alterius; dumque riuus ille limite includitur, possessor uicini agri calumniose sibi uelit fines ad riuum usque defendere, non mediocris exinde controuersiae genus exoritur. sed hoc mensoris est peritia finiendum.*

«De itineribus controuersia est, quae in arcifiniis agris «iure ordinario finitur, in assignatis mensurarum ratione. sed «multi limites exigente ratione per diuia et confragosa loca «eunt, qua iter fieri non potest, et sunt in usu agrorum in «eis locis ubi proximus possessor est, cuius forte silua limi«tem detinet, et transitum inuerecunde denegat, cum itineri «limitem aut locum limiti debeat.»* *nam plerumque uia, dum cum limite currit, etiam si uicinalis est aut lignaria aut priuata, finem prestat. regammante uero uia uel limite, dum a se utrique discesserint, desit uia finem prestare, erit controuer-*
G 35 *sia: sed inspec|tio artifici eam finiet.*

| Est et controuersiae genus quod ad solum non *AE*31 *G*
pertinet, de arborum fructibus. earum quae in fine sunt
| siue intra, nec ullam ad radicem habent controuersiam, (*E*31)

2. earum *om E p.*21. ‖ finem *E p.*31. ‖ 3. infra *E.* ‖ neccullam *A.*

Satis, ut puto, dilucide genera (deluci degenera *G, sed prima manu correctum*) *controuersiarum* uel primum agri qualitatem *exposui. nam et simplicius enarrare condiciones earum existimaui, quo facilius ad intellectum peruenirent. nunc quem ammodum singula pertractari debeant persequendum est,* uel quod sint status earum, id est iniectiuus expositiuus subiectiuus reciperatiuus assumptiuus initialis materialis effectiuus. sunt enim VIII. ex his omne genus controuersiarum exoritur. *iniectiuus ergo status est generalis: nam siue de possessione siue de fine controuersia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustaque inicitur. expositiuus est* status *controuersiae, quotiens finitimorum argumentorum caret demonstrationem, et partium magis exiget narrationem, per quam exponendum sit quo sint genere terminandae, aut persuadendum iudici etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinem. subiectiuus* status *est controuersiae, cum relinquitur status generalis et alio quolibet statu controuersia defenditur. reciperatiuus est* status, *quotiens non a trifinia aut quadrifinia sed ex quolibet alio finis loco incipientis termini recturam dirigit, et per incessum definitionis loca quaedam alteri fundo adquirit aut solum auferet et eius loco redditur. assumptiuus primae controuersiae status est, qui est de positione* (possitione *G*) *terminorum, in rigorem aut in finem transcendit. initialis controuersiae status de rigore pertinens ad materiam transcendit in controuersiam quae est loco tertio de fine, status materialis non condicionem mutat neque materia efficit. materialis status est ex quo omnes controuersiae* | *incipiunt, de loco dum taxat: nam transcendentiam non habet de hoc effectiuus, sed dum consummatus fuerit nascitur. nam effectiuus est cum de loco litigatur et idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt.* *G* *G*36

Respicio etenim quantum sit quod mensoris prouidentiae *iniungatur; sed nec minus* aduocatis. quorum ars licet *diuersa*

*AE*22 *G* quotiens inclinatae in alterutram partem fructum | iactauerunt, inter adfines mouent disputationem. (fig. 24)

EX LIBRO FRONTINI SECVNDO.

. . . . . .

Sunt et aliae limitum condiciones, quae ad solum non pertinent[, hoc est ad artem nostram]. solum autem quodcumque coloniae est adsignatum, id uniuersum pertica appellatur: quidquid huic uniuersitati adplicitum est ex al-
*A*74. *G*16 terius ciuitatis fine, | [siue solidum siue cultellatum | fuerit,] praefectura appellatur. (fig. 25)

Cultellandi ratio quae sit, saepe quaeritur, cum per-

1. inclinata *E.* ‖ alter utrum *G*, alterius *E.* ‖ partem *om EG.* ‖ 2. affines *EG.* ‖ molient *P et pr G*, mollien *A*, molientur *E.* ‖ 3. *haec ex G p.213 huc reuocaui.* ‖ 5. conditione *E.* ‖ que *A.* ‖ 7. loloniae *A.* ‖ id *G*, in *AE.* ‖ perticam *E.* ‖ 8. appl. *EG.* ‖ 9. finem *E.* ‖ tutelatum *G*, titulatum *E*, utilatum *A.* ‖ 11. q. sit saepae q. ritur *A.* ‖ cum *Goesius*: curae *A*, cuius *G*, cur ea quae *E.* ‖ premens *A*, premensi *G*, praemensum *E.*

G *sit, prudentiam tamen* et simplicitatem *eandem habere debent et qui iudicaturi sunt et qui aduocationes sunt prestaturi. in iudicando autem mensor bonus uir et iustus agere debet, nulla ambitione aut sordibus moueri, seruare opinionem et arte et moribus. omnis illi artificii ueritas custodienda est, exclusis illis similitudinibus quae falsae pro ueris subiciuntur. quidam enim per imperitiam, quidam per inprudentiam peccant. totum autem hoc iudicandi officium hominem* bonum iustum sobrium castum modestum *et artificem egregium exigit. hoc autem possessores aequo animo ferre non possunt: nam cum his ueritas exposita fuerit, aduersus sinceritatem artis facere cogunt. multa sunt enim in professione quae generaliter pro ueris offerantur, multa quae specialiter, quaedam quae argumentaliter. quaedam coniecturaliter etiam mentiri artifices coguntur.*

*G*36..48 LIBER DIAZOGRAFVS.

(Figg.)

penso soli spatium consummamus, ut illam cliuorum in- *AEG*
aequalitatem planam esse cogamus, dum mensurae lateribus inseruimus (fig. 26). [cultellamus ergo agrum eminentiorem, et ad planitiam redigimus inaequalitatem.] hanc nobis ipsa seminum natura monstrauit: omnis enim illa soli inaequalitas quare colligi poterit, nisi quod e terra quidquid nascitur in aëre rectum existit, et illam terrae obliquitatem crescendo adterit, nec maiorem ¦ numerum *E*(22) 16
occupat quam si ex plano nascatur? ¦ quod si monti or- (*AG*)
dinata semina nascerentur omnia, secundum loci naturam metiremur: cum mons totidem arborum ordines capiat quot pars eius in campo, lineis recte cultellabitur.

Limitum prima origo, sicut Varro descripsit, a disciplina Etrusca; quod aruspices orbem ¦ terrarum in duas *E* 17
partes diuiserunt, dextram appellauerunt quae septentrioni subiaceret, sinistram quae ad meridianum terrae esset, ab oriente ad occasum, quod eo sol et luna spectaret, sicut

1. solis *E.* ‖ consumamus *P*, comsummamus *A.* ‖ et *G.* ‖ 2. plenam *E.* ‖ cogimus *G.* ‖ dum ... inseruimus *om E.* ‖ 3. inseruemus *A.* ‖ Cultellamur *E.* ‖ autem *Boethius* 23 *b.* ‖ 4. et *om A.* ‖ adplanitiem *E*, a planitie *Boethius.* ‖ recidimus *Boethius.* ‖ aequalitatem *AEG et Boethius.* ‖ haec *E et Boethius.* ‖ 5. nobis ratione ipsa *G.* ‖ ipsa planities ab una parte seminus *Boethius.* ‖ monstrabit *A.* ‖ 6. quare]re *A*, *om EG.* ‖ collegi non poterit *E.* ‖ de terra *EG.* ‖ 7. extistit *A*, exit *EG.* ‖ 8. adteret *AG*, atterit *E.* ‖ numerum *AE*, spatium *G.* ‖ 9. si *G*, si si *A*, nisi *E.* ‖ ordinato *E.* ‖ 10. nascantur *E.* ‖ 11. mererentur cum non idem hoc est totidem *E.* ‖ 12. quod pares *E.* ‖ in planitia uero limites recte cultellauimus *Boethius p.* 1538, sed recte eum cultellauimus *Boethius* 23 *b.* ‖ limites *E.* ‖ 13. ad disciplinam rusticam *E.* ‖ 15. quae *om E.* ‖ septentrionis subiare *E.* ‖ 16. sinistram ... 17. ad] sinistramque a meridiano terrae esse orientem et *Scriuerius ex codice interpolato S: eadem ex E recisa sunt, sed angustia spatii docet* orientem *defuisse, quod ne Hyginus quidem agnoscit de limit. const. p.* 209 *B.* ‖ expectari et sicut *E.*

E quidam architecti delubra in occidentem recte spectare scripserunt. aruspices altera linea ad septentrionem a meridiano diuiserunt terram, et a media ultra antica, citra postica nominauerunt.

Ab hoc fundamento maiores nostri iń agrorum mensura uidentur constituisse rationem. primo duo limites duxerunt; unum ab oriente in occasum, quem uocauerunt decimanum; alterum a meridiano ad septentrionem, quem *A* 75 uocauerunt cardinem. decimanus autem ¦ diuidebat agrum dextra et sinistra, cardo citra et ultra.

Quare decumanus a decem potius quam a duobus, cum omnis ager eo fine in duas diuidatur partes? ut duopondium et duouiginti quod dicebant antiqui, nunc dicitur dipondium et uiginti, sic etiam duodecimanus decumanus est factus (fig. 27). kardo nominatur quod directus ad kardinem caeli est: nam sine dubio caelum uertitur in septentrionali orbe.

1. quidam garriunt architecti delubra *S, recisa ex E. siquid addendum est, ex Hygino p.* 215 *B potius adsumam* antiqui. || occidente *E.* || expectare *E.* || 2. aruspices altera *S, recisa ex E.* || lineam a septentrione a meridianum *E.* || 3. uiserunt terram et a meridia *S, recisa ex E.* || no ultra *E.* a media (*non* a meridiano) ultra *Hyginus de limit. constit. p.* 209 *B.* || 5. fundamenta *E.* || mensura uidentur constituis *S, recisa ex E.* || 7. um ab oriente in *S, recisa ex E.* || 8. meridiano ad septentrio *S, recisa ex E.* || ne *E.* || 9. diuidit agrum dextra et sinistra *S, recisa ex E.* || 10. dextram et sinestram *A.* || 11. decimanus, *ut solet, E.* || ius quam a duobus uocatur cum omnis ager *S, recisa ex E.* || 12. diuiditur *E.* || ut *E*, et *A.* || 13. ndium *et proxima usque ad* cimanus est factus (15) *recisa ex E, qui uidetur omisisse* et duouiginti ... dipondium. || quid *A.* || 14. duopondium et .xx. *A*, dupondium et deuiginti *S.* || et in *A*, et *S.* || 15. factus] *add* Sicut dipondium et xx quod dicebant antiqui duouiginti nunc dicimus uiginti similiter duodecimanus decimanus est factus *A.* || minatur quod directim a cardine cae *S, recisa ex E.* || 16. a kardinem *A.* || sine dubium *A.* || uertetur *A.* || titur in septentrionali orbe postea *S, recisa ex E.* || 17. urbe *A.*

Postea hoc ignorantes non nulli aliud secuti; ut qui- *AE*
dam agri magnitudinem, qui qua longior erat, fecerunt
decumanum. et quidam ortum spectant, sed ita aduersi
sunt ut sint contra sanam rationem; ut in agro Campano
qui est circa Capuam, ubi est kardo in orientem et de-
cimanus in meridianum. (fig. 28)

Ab his duobus omnes agri partes nominantur. reli- *A* 76
qui limites fiebant angustiores et inter se distabant paribus
interuallis. qui spectabant in orientem, dicebant prorsos:
qui dirigebant in meridianum, dicebant transuersos. haec
uocabula in lege quae est in agro Vritano in Gallia, item
in quibusdam locis adhuc permanere dicuntur (fig. 29).
limites autem appellati transuersi sunt a limo[. id est] an-
tiquo uerbo [transuersi]; a quo dicunt poetae | limos ocu- *E* (17) 22
los, item limum cinctum quod purpuram transuersam ha-
beat, item limina hostiorum. alii et prorsos et transuer-
sos dicunt limites a liminibus, quod per eos in agro intro
et foras eatur. hi ab incolis uariis ac dissimilibus uoca-

1. ignorantes maiores nostri non *E*. || Ili ita secuti sunt ut quidam agri mag *S*, *recisa ex E*. || sicuti *A*. || 2. qui qua *A*, quia *E*. || 3. et quidam *etc.*] itaque non ortum expectant sed ita *A*, itaque nostram quidem plagam spectant sed ita *S*, *recisa ex E*. || 4. contra septentrionem *AE*, *sed* nem ... est cir *recisa sunt ex E*. || 5. oriente *AS*, orien *proximis recisis E*. || 6. meridiano *S*, no *E*. || 7. tes nominantur reliqui limites *recisa ex E*. || 8. fiebant *om A*. || istabant paribus interuallis *recisa ex E*. || partibus *A*. || 9. expectabant in oriente *E*. || decebant *A*. || prorsus *AE*. || 10. qui diecbant (dirigebantur *S*) in meridianum *AS*, *recisa ex E*. || dicebant et *AE*. || transuersus *E*. || haec *E*, e *A*. || 11. in leg^e queq. est in agro ^uritano *A*. || in galliis et in quibusdam locis ad *S*, *recisa ex E*. || 13. transuersos (sunt transuersi *S*) a limo id est antiquo *AS*, *recisa ex E*. || 14. uerbo trangressa a quo dicent *A*, uerbo quod dicunt *E*. *conf. Hyginus de limit. const. p.* 211 *B*. || patae *A*. || limes *A*, limis *E*. || oculis *E*. || 15. cunctum quod purpura transuersum *E*. || 16. item *Hyginus de limit. const. p.* 211 *B*: ut *AE*. || prorsus *AE*. || transuersus *E*. || 17. limitatibus *A*, limitibus *E*. || intro *om E*. || 18. inculis *A*.

AE bulis a caeli regione aut a loci natura sunt cognominati in alio loco; sicut in Vmbria circa Fanum Fortune qui ad mare spectant maritimos appellant, alibi qui ad montem montanos. (fig. 30)

A 77 Primum agri modum fecerunt quattuor limitibus clausum

plerumque centenum pedum in utraque parte (quod Greci plethron appellant, Osci et Vmbri uorsum), nostri centenum et uicenum in utraque parte, cuius ex IIII unum latus, sicut diei XII horas, XII menses anni, XII decempedas esse uoluerunt. ex actibus conicio acnuam primum

E 23 appellatum, ... dictum fun|dum (fig. 31). hi duo fundi iuncti iugerum definiunt. deinde haec duo iugera iuncta in unum quadratum agrum efficiunt, quod sint in omnes partes actus bini, in hunc modum. (fig. 32) quidam primum appellatum dicunt sortem, et centies ductum centuriam. sunt qui centuriam maiorem modum ap-

A 78 pellant, ut Cremone denum et ducenum; | sunt qui minorem, ut in Italia triumuiralem iugerum quinquagenum. nam et omnes in subsiciuis extremae centuriae, que non sunt quadratae, in eadem permanent appellatione.

1. aut loci *E.* || cognita et nominata *E.* || 2. sicut in tuscia et umbria *E.* || quia mare expectant *E.* || 3. alii quia (*omisso* ad) *E.* || monte *AE.* || 7. figuram similem *AE loco diagrammatis.* || 8. centum *AE.* || in utraque parte *om E.* || 9. plectron *E.* || tusci *E.* || umbri^{bor} sum nostri cente^{nos} et uicenos *A.* uicenos et centenos *E.* || 11. XII menses ... uoluerunt *om E.* mensis *A.* || 12. exactum *E.* || connicium locorum *A*, conciuium locum *E.* || 13. appellatum *om E.* || 14. Si *E.* || diffiniunt *E.* || haec *A*, hi *E.* || duo *om A.* || 16. partes *om E.* || 17. primum *om E.* || centus *E.* || 18. d. centuria *A*, d. centurias *E.* || 19. cremonam *E.* || decem *AE.* || ducentam *A*, ducenta *E.* || minore *A.* || 20. ut *om E.* || triumuirale *A*, triumuirales *E.* || quinquaginum *A.* || 22. appellationem *A.*

Optima ergo ac rationalis agrorum constitutio est cuius *AE* decimani ab oriente in occidentem diriguntur, kardines a meridiano in septentrionem.

Multi mobilem solis ortum et occasum secuti uariarunt hanc rationem. sic utique effectum est ut decumani spectarent ex qua parte sol eo tempore quo mensura acta est oriebatur. et multi, ne proximae coloniae limitibus ordinatos limites mitterent, exacta conuersione discreuerunt. et sic per totum orbem terrarum est una queque limitum constitutio ubi proxima (fig. 33) . . . . . .

. . . . . .

Principium artis mensoriae in agendi positum est | experimento. exprimi enim locorum aut modi ueritas sine rationabilibus lineis non potest, quoniam omnium agrorum extremitas flexuosa et inaequali cluditur finitione, quae propter angulorum dissimilium multitudinem numeris suis manentibus et cohiberi potest et extendi: nam sola mobile habent spatium et incertam iugerum enuntiationem. sed ut omnibus extremitatibus species sua constet et intra clusi modus enuntietur, agrum quo usque loci positio permittet rectis lineis dimetiemur: ex quibus proximam quamque extremitatium obliquitatem per omnes angulos facta normatione conplectimur, et cohercitam mensuralibus *A* 79

1. optimae *A*, optime *E.* || ac *om E.* || rationabilis *E.* || constitutio*nest A.* || 2. card. et a *E.* || 3. ad *E.* || 4. mobiles *E.* || sicut *A.* || uariarum *A*, uariauerunt *E.* || 5. uti *AE.* || 6. expectarent *AE.* || 7. proximarum *E. conf. Hyginus de limit. const. p.* 215 *B.* || 8. conuersatione *E.* || dicreuerunt *A*, descripserunt *E.* || 9. et sit per totam *A.* || 12. mensurie *A*, mensurae *E.* || agendis *AE.* || dispositum est experimentum *E.* || 13. aut modi *A*, modum aut *E.* || ueritatem *E.* || 14. rationabiles *A.* || potes *A.* || 15. inaequalis *AE.* || clauditur *E.* || 17. cohibere *E.* || sol *A*, soli *E.* || mobilem *AE.* || 18. incerta iugera rerum *E.* || enutiationem *A.* || 19. ut] et *E.* || specie *E.* || et *om E.* || 20. clusus *E.* || enunciatur *E.* || 21. permittit *E.* || dimietiet*mur A.* || proxima quam *E.* || 22. extremitatem *AE.* || obliquitatem *om E.* || 23. factam normationem *E.* || conpeltimur *A.* || coherentem *AE.*

AE moetis certo praecenturiato spatio simili futurae tradimus formae: modum autem intra lineas clusum rectorum an-
E 24 gulorum ratione subducimus; subiectas | deinde extremitatium partes, areas tangentium nostrarum postulationum, podismis suis adaeramus, et adscriptis spatio suo finibus ipsam loci reddimus ueritatem.

Haec ubique una ratione fieri multiplex locorum natura non patitur, oppositis ex alia parte montibus, alia
A 80 flumine aut ripis aut quadam iacentis | soli uoragine, cum pluribus confragosorum locorum iniquitatibus, saepe et culturis; propter que maxime ad artis copiam est recurrendum: debet enim minima queque pars agri in potestate
E (24) 19 esse mensoris et habita | rectorum angulorum ratione sua postulatione constringi. itaque maxime prouidere debemus, quo usu ferramenti quidquid occurrerit transeamus; adhibere deinde metiundi diligentiam, qua potius actus incessus limitationis effectum laterum longitudine aequet; ferramento primo uti, et omnia momenta perpenso dirigere, oculo ex omnibus corniculis extensa ponderibus et inter se conparata fila seu neruias ita perspicere donec

1. statutis *AE*. || procentemato *A*, proextimato *E*. || simile *AE*. || forturae *A*. || 2. lineam clausum *E*. || 3. rationem subdicimus *A*. || in extremitatum *E*. || 4. areas *S*: are *E*, adrec *A*. || tam^{n}gentium *A*, tangentibus *E*. || postulationibus podimissius *E*. || 5. aderamus *A*, adheramus *E*. || spaciis suis *E*. || 6. ipsa *E*. || rationem *E*. || 7. ratio *E*. || natura *om E*. || 9. fluminibus *E*. || ingentibus loci *E*. || compluribus *E*. || 10. cumfragosorum *A*. || 11. culturas *A*, cultores *E*. || ad *om E*. || copia *AE*. || 12. dibet *A*. || enim *om E*. || numina *A*, nominatim *E*. || quae *E*. || 13. esse mensuris *A*, mensoris esse *E*. || habitura *AE. correxit Salmasius*. || rationem *A*. || sua postulatione *om E*. || 15. quod sub f. *E*. || 16. a^{d}ibere *A*. || quae *A*, que *E*. || incessae imilitationis *A*, incensiti imitationis *E*. || 17. lateris *E*. || longitudines. *A*, longitudinem *E*. || aeque et *AE*. || 18. ferramentum primum *E*. || ut *AE*. || et *om E*. || omnium *pr A*. || indomita *AE*. || 19. oculo] cuius *AE*. || expensa *AE*. || et *om E*. || 20. comparia *E*. || filax ^{s}eu neruia *in fine uersus, tum proximo* sita *A*, fila tenuere uitas ita *E. correxit Scriuerius*. || dum haec *E*.

proximam consumpto alterius uisu solam intueatur; tunc *AE* dictare moetas, et easdem transposito interim extrema meta ferramento reprehendere eodem momento quo tenebatur, et coeptum rigorem ad interuersuram aut ad finem perducere. omnibus autem interuersuris tetrantis locum perpendiculus ostendat.

Cuiuscumque loci mensura agenda fuerit, eum circum ire ante omnia oportet, | et ad omnes angulos signa *A* 81 ponere, quae normaliter ex rigore cogantur; posito deinde et perpenso ferramento rigorem secundum proximo lateri dictare, et conlocatis moetis in alteram partem rigorem mittere, qui cum ad extremum peruenerit, parallelon primi rigoris excipiat.

Sed si in rigore dictando quaedam deuitanda incurrunt, ualles, loca confragosa, arbores quas propter moram aut fructum succidere non oportet, item aedificia, maceriae, petrae aut montes, et his similia, haec quacumque ratione optime poterint, mensuram accipere debebunt.

Si fuerit ergo uallis quae conspectum agentis exuperet, per ipsam metis ad ferramentum adpositis erit descendendum. cuius rigoris incessum ut sescontrario aequemus, adficta ante linea ad capitulum pertice aequaliter ad

1. proxima *AE*. || consumptio *E*. || uisum *E*. || sola *E*, sola si *A*. || mentiatur *AE*. || 2. mo*e*tase*t*easdem *A*. || in*ten*terim *A*, inter *E*. || 4. aut finem *E*. || 5. perpendiculos *A*. || 7. cum *E*. || 8. et ut ad *E*. || agnos *A*. || 9. aguntur *E*. || 10. ob secundum *E*. || maximo *AE*. || 11. maetas et *A*. || metis *S*, respectis *A*, ereptis *E*. || in *om* *E*. || 12. ad *om* *E*. || paralelon *A*, pararilon *E*. || 13. exeat *E*. || 14. et seu in *E*. || dubitando incurrunt loca uallis confragosa *E*. || 15. mora *E*. || 16. fructus succidi non possunt *E*. || nam *AE*. || 17. et haec *E*. || quicumque *A*, quaecumque *E*. || 18. poterit *E*. || 19. Si fiunt *A*. || ualles *A*. || quae in conspectu *E*. || exoperet *A*, exsuperet *E*. || 20. dicendendum *A*, discedendum *E*. || 21. incensum *A*. || sisincontrario *A*, se in contrario *E*. || aeque *A*. || 22. adflicta ante *E*, adflectante *A*. || ad*c*apitulum *A*, capitolum *E*. || ad *A*, et *E*.

*AE*20 perpendiculum cultellare debemus, tum ad permensum rigorem extendere lineam quam in cultrum locatam perpendiculus adsignat. nam quotiens sine linea cultellamus, cum conspectum moetarum excedimus, et festinantes ex eo loco iterum rigorem conspicimus, tunc in illa pertica- *A*82 rum | quamuis exigua conuersione non minus fit dispendi quam si iacentia sequamur.

Conpressiorem autem uallem, et ultra quam prospici poterit, euadendae difficultatis causa licet transire, in ulteriorem partem dictare moetas ne minus tres, quibus reprehensis transposito ferramento respicere priores oporteat, et perpenso coeptum rigorem quo usque res exege- (*AE*) rit perducere.

. . . . . .

*A*178 *B*35 Satis, ut puto, dilucide ..... genera controuersiarum *B*36 exposui:* | nunc quem admodum singulae tractari debeant persequendum est. respicio enim quantum sit quod mensori iniungatur, et puto diligentius exequenda quae ad prouidentiam pertinent artificis. difficillimus autem locus hic est, quod mensori iudicandum est; sed nec minus *E*5 ille exactus, quod est | aduocatio praestanda*: prudentiam

1. nam et perpensum *AE*. || 2. linea *A*. || in quam (qua *E*) cultum locum *AE*. || perpendiculis *pr A*. || 3. adsignant *A*, assignatus *E*. || cultellamus sine linea *E*. || 4. cum *addidi*. || mo*e*tarum *A*, iterum, *E*. *add* sepe *E*. || excidimus *A*. || 5. illam *E*. || 6. distendi *AE*. || 7. sequamur] quam *A*, quamuis *E*. || 8. comprehensiore *E*. || [b]allem *A*. || prespici *A*, perspici *E*. || 9. potuerit euadendi *E*. || difficultates *A*. || licet] sic *AE*. || ut *E*. || 10. dictare minus metas tres *E*. || 11. recipere *E*. || prioris *A*. || 12. et pensis *A*. || caelium *A*, celi *E*. || rigore *E*. || quo usquae *A*, quatenus *E*. || exigerit *A*. || 13. perducere debemus *E*. || Iuli Frontonis lib̄. exp̄ feliciter *A*, Iuli. frontini. siculi. lib'. I. explic̄. *E*. || 15. *addendum, ubi puncta posui,* in priore libro. || 16. *asteriscis significaui Agenniorum uerba a me praetermissa*. || singula et *AB*. || 18. que *A*. || 19. pertinent i nunc artificis *AB*. || 21. aduocato *E*. || prestanda *A*, praestandum est *E*.

tamen eandem | artifices habere debent et qui iudicaturi *A B* 37 *E*
sunt et qui aduocationes sunt praestituri. in iudicando
autem mensorem bonum uirum et iustum agere decet,
neque ulla ambitione aut sordibus moueri, seruare opi-
nionem et arti et moribus.* quidam enim per imperitiam,
quidam per inpudentiam peccant: totum autem hoc iudi-
candi officium et hominem et artificem exigit egre gium. *B* 38
erat aequissimum et in aduocatione |eandem fidem exi- *A* 179
beri * a mensoribus. sed hoc possessores aequo animo
ferre non possunt: nam cum his ueritas exposita est, aduer-
sus sinceritatem artis facere cogunt. * (*AE*)

. . . . . .

*Prima enim condicio possidendi haec est ac per Ita- *B* 39
liam; ubi nullus ager est tributarius, sed aut colonicus,
aut municipalis, aut alicuius castelli aut conciliabuli, aut
saltus priuati.

At si ad prouincias respiciamus, habent agros colo-
nicos eiusdem iuris, habent et colonicos qui sunt inmu-

1. tamen *E et Boethius p.* 1540, tamen*de A*, tamendem *B*. ‖ eandem] hii *Boethius*. ‖ artificis *AB*, mensores *Boethius*. ‖ et *om E et Boethius*. ‖ 2. et quos *Boethius*. ‖ aduocationis sunt *AB*, aduocant ut *E et Boethius*. ‖ praestatores *E et Boethius*. ‖ 3. debet *B*, debent *A*, diuersorum fides quaerenda est *E*, *om Boethius*. ‖ 4. ut nulla *Boethius*. ‖ moueatur *idem*. ‖ 5. et arti *AB*, metris *E et Boethius*. ‖ moribus debet *Boethius*. ‖ enim *om Boethius*. ‖ imperitiam *AB*, imprudentiam *E*, *et sic uel* inpudentiam *Boethius*. ‖ 6. inpudentiam *AB*, inperitiam *Boethius*, auariciam *E*. ‖ sed totum hoc *Boethius*. autem *om E*. ‖ 7. officium et *om E et Boethius*. ‖ et *alterum om iidem*. ‖ exiget egregium *E*, oportebit *Boethius*. ‖ 8. nequissimum *E*. ‖ aduocationem *ABE*. ‖ de eadem *E*. ‖ exiberi *om E*. ‖ 9. a *om E*. ‖ 10. exposita fuerit *E*. ‖ 11. cogant *AB*, coguntur *E*. ‖ 13. ac] ut *posset ferri. sic p.* 15,1 de proprietate controuersia est plerumque ut in Campania. ‖ 14. nullus aiugerum tributarius *B*. ‖ 17. ac si *B*. ‖ 18. eiusdem] quidem *B*. ‖ colonicos stipendiarii qui sunt in communem *B*. *haec Rudorffius correxit.*

B nes, habent et colonicos stipendiarios. habent autem prouinciae et municipales agros, aut ciuitatium peregrinarum.

B 40 Et stipendia|rios ..... qui nexum non habent, neque possidendo ab alio quaeri possunt. possidentur tamen a priuatis, sed alia condicione: et ueneunt, sed nec mancipatio eorum legitima potest esse. possidere enim illis quasi fructus tollendi causa et prestandi tributi condicione concessum est. uindicant tamen inter se non minus fines ex aequo ac si priuatorum agrorum. etenim ciuile est debere eos discretum finem habere, quatenus quisque aut colere se sciat oportere aut ille qui iure possidet possi-

B 41 dere. nam et controuersias | inter se tales mouent, quales in agris inmunibus et priuatis solent euenire. uideuimus tamen an interdicere quis possit * de eius modi possessione.

Multa enim et uaria incidunt, quae ad ius ordinarium pertinent, per prouinciarum diuersitatem. nam cum in Italia ad aquam pluuiam arcendam controuersia non minima concitetur, diuerse in Africa ex eadem re tractatur. quom sit enim regio aridissima, nihil magis in quaerella habent quam siquis inibuerit aquam pluuiam in suum

B 42 in|fluere: nam et aggeres faciunt, et excipiunt et continent eam, ut ibi potius consumatur quam effluat.*

Etenim ad artificium defendendi plurimum prode erit, si persecuti ius omni diligentia fuerimus. non enim a

1. habentem et colonis *B*. || 3. *adde* quidem dicimus, uel tributarios, || 4. possidendi ab alio quam possident possidente tamen *B*. || 5. condicionem *B*. || et ueneunt *pr*, eueniunt *corr manu antiquissima B*. || 7. condicio concessa est *B*. *correxit Rudorffius*. || 9. ciuile] simile *B*. || 10. decertum *pr*, desertum *corr B*. || quatenus *Huschkius*: quo unus *B*. || 11. qui] quo *B*. || 14. iterdicere *pr B*. || possessionem *B*. || 16. munta *pr B*. || 18. ad] ob *Rudorffius*. || aquae *B*. || controuersiam *B*. || 19. diuersae *B*. ||20. quam sit *B*. || 21. habet *B*. || 22. ageres faciunt excipiunt *B*. || 23. adfluat *B*. || 25. huius omnis *B*.

qualibet parte adgrediendum est in controuersia, sed dispi- *B*
ciendum cui postulationi absolutio pro|xima sit, ne inpli- *B* 43
catione aliqua et iudicem inpediamus et controuersiam faciamus obscuriorem. nihil puto deformius esse quam cum de eius modi causis inperiti | idoneas uolunt exhibere ad- *B* 71
uocationes; * cum ab exiguo quidem exemplo secundum locorum naturam colligere possint quid potissimum sequi | debeant. *B* 72

Quamquam non ignorem inter professores inmodice controuersiarum quaestionem frequenter agitatam, necessa- 10
riam studiis exercitationem huius quoque partis existimaui. uno enim libro instituimus artificem, alio de arte disputauimus. * et de adsignationibus et partitionibus agrorum et de finitionibus terminorum actenus * meminimus: superest nunc ut de controuersiis dispiciamus, *|* quoniam in *B* 59
priore * sequentium rerum ordo absolute de his disputari inhibuit. reddendum itaque hic locum tam necessariis partibus | existimo. *B* 60

Omne genus controuersiarum * constat * aut in fine aut in loco; non sine illa controuersia quae de positione 20
terminorum praescribitur: *| namque in ordine controuer- *B* 61
siarum haec quoque materia litis locum suum optinet.

De fine subtilior exigitur disputatio, quae a rigore nullo modo distat nisi specie, *| num praeterea lex Mamilia *B* 62

1. partem *B*. || controuersiam *B*. || despliciendum *B*. || 2. cui *Rudorffius*: q. *B*. || inpublicationem (ub *litteris ab antiquo correctore deletis*) *B*. || 4. cum *om B*. || 5. idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt *G p*. 36. || aduocationis *B*. || 6. quid exemplo secundorum natura *B*. || 7. quia *B*. || 8. debeat *B*. || 9. quamquam omni quoniam in professores inmodica controuersia cum quaestione frequenter agitata *B*. || 11. studii *B*. || 12. unum *B*. || substituimus *B*. || 15. disponam *B*. || 16. priorem partem libri sequentium *B*. || absoluti *B*. || 21. ordinem *B*. || 22. materialis locum *B*. || 24. destat *B*. || speciae *B*. || ne *B*. || manilia *B*.

B fini latitudinem praescribat. de qua lege iuris periti adhuc habent quaestionem, neque antiqui sermonis sensus proprie explicare possunt, quini pedes latitudinis dati sint, an in tantum quinque * ut dupondium et semissem una quaeque pars agri finem pertinere patiatur. *

. . . . . .

B 64. 65 transcendunt controuersiae, quotiens | loci de quo agitur specialia argumenta nulla existunt, neque ullum finitimae similitudinis monumentum, sed tantum aboliti finis quaerella exponitur, et excipiens extantium argumentorum quadam expositione defenditur. nam* et si proximitas aliqua naturalis fuit, quae similitudinem finis adferre possit,* certus agrorum finis, qui aut loci natura aut terminorum distinctione firmatus est, relinquitur et per uanas demons-
B 66 trationes con|troversiae includitur. hoc modo controuersiae plerumque ab ambitiosis possessoribus proximis mouentur.*

A quocumque autem controuersiae de agris mouentur, effectus habent*....; quotiens consentientibus angulis exploratus agrorum finis ad modum rationis accipit
B 67 deter|minationem inlaeso utriusque agri solo: quod genus finitionis plerique inter se conuenientes potius quam iudices sortiti factum consignare malunt;*.... cum determinatio alterius partis solum desecat et ita qualitatem agri

2. sermones *B*. || propriae *B*. || 3. latitudo *B*. || 4. semisse *B*. || 7. transcidunt *B*. || 9. monumentum *Rudorffius:* momentum *B*. || fines *B*. || 10. excipient *B*. || quodam ea positione *B*. || 11. proximiaetas *B*. || 12. similitudine fines adferre possint *B*. || 13. agro fines *B*. || 15. controuersia est includitur *B*. || 16. ab ambitio possessoribus pro suis *B*. *correxit Huschkius*. || 18. controuersia *B*. || 19. *supple* diuersos: *quod Agennius suis deliramentis locum facturus resecuit*. || 20. exproratus *B*. || fines *B*. || rationes accepit *B*. || 21. utroque agris *B*. || quod *om B*. || 22. se *om B*. || 23. sortiti *Rudorffius:* sentiret *B*. || *intellege Frontinum scripsisse* aut. || 24. desecata est a aequalitate *B*.

diuersam dissimili solo applicat, ut plerumque aut ex prato *B*
siluae aliquid adiungatur aut ex silua fine distincto adplicetur ad pratum, et similiter per alias agrorum qualitates;*..... cum est demonstratio finitimis argumentis ex maxima parte fundata, ita ut et dubiis quoque locis aspectum praebeat finitionis;*|..... quotiens finitimorum argumentorum caret demonstratione, et partium magis exigit narrationes, per quas exponendum sit quo rigore termini desint, aut persuadendum iudici, etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinem, quomodo sint reponendi;* |.... quotiens a trifinia aut quadrifinia aut ex quolibet alio *B* 69
finis loco in excipientem terminum rectura dirigitur et per incessum definitionis loca quaedam alteri fundo adquirit; aut quotiens solum aufert et eius loco reddit | utrique (*G*)
fundo.* (*B*)

. . . . . .

De positione terminorum . . . . . .

Cum ergo possessor inuenerit terminum in posses- *G* 23
sione sua aliter formatum aut aliter positum quam ceteri qui in ea possessione sunt, aut non inscriptum ut adsolet, agit de eo, in qua sit positus ratione, seu ipse trifinium faciat siue ab alio lineam procedentem excipiat: dumque uicinus possessor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utrosque controuersia agitatur.

1. diuisis ac simili *B*. || plerumq. euenit ex *B*. || 3. simili per *pr B*. || 4. *adde* item. || cuius *B*. || 5. dubis *B*. || 6. *intellege* aut. || 7. demonstrationem *G*. || partes *B*. || exiget narrationem per quam *G*. || 8. quo... desint] *ita Rudorffius:* quod in genere terminandae sit *B*, quo sint genere terminandae *G*. || 9. finitimum *B*. || 10. quomodo sint reponendi *om G*. || 11. *adde* item. || quotiens non a *G*. || aut *alterum om B*, sed *G*. || 12. loco excipientis termini recturam *G*. || dirigit *BG*. || 13. incensum *B*. || 14. quotiens *om G*. || auferet *BG*. || et *om B*. || redditur *G*, redditus *B*. || 17. *haec addidi*. || 20. non *add Goesius*.

G Solent enim hae controuersiae de conportionalibus nasci terminibus,* si de eorum latere linea quasi ex artificis manu composita uideatur exire atque in unius termini angulum inpingere qui in limite est positus.* hoc enim plerumque potest in limitibus inueniri. nam si ueteranus, filiis suis unam possessionem diuidens in tres aut quattuor portiones, terminos uoluit interesse, potuit *G*21 quiddam tale | contingere, ut ex multis quicumque respiceret angulum illius termini qui in maximo est limite constitutus. hos siquidem terminos, qui intra possessionum fines inueniuntur, comportionales appellauit anti- (*G*) quitas.

*G*24 ..... uidendum hoc diligenti cura. et circuiri agrum ante omnia oportet, de quo intentio uertitur; ut redintegrato suis fundo limitibus per maximorum limitum rationem, tum de conportionalium terminorum positione, quos uice tabellarum antiqui intercidendis portiunculis inter (*G*) filios suos defigebant, integra ab artifice ratio proferatur.

. . . . . .

*B*43 secundum locorum naturam mouet causas.

Si uero in alio loco terminus translatus est usurpandi finis causa, numquam non utique locum desicauit: non enim cito quisquam propter exiguam partem terminum mouet. erit in prouidentia mensoris secundum angulorum finitimorum positionem arbitrari, in quantum sit terminus *B*44 | translatus et qua ratione sit in locum suum restituendus.

Facillimum est inperitiam artificis aliusue retundere non putantis rationem inesse ordinationi: nam et frequen-

11. cumportionales *G.* || 14. et *G.* || 16. possitione *G*, positionem *P.* || 17. porciunculis *G.* || 20. natura *B.* || 22. causam *B.* || desiccauit *pr B.* || 23. cito *om pr B.* || 24. prouidentiā *B.* || 25. possessionum *B.* || 26. sit] sed *B.* || 27. 28. inperitia artificis alia uerentur non putant rationi inesse ordinem *B.*

ter euenit ut inperitia mensorum audaciam possessoribus *B*
praebeat. numquam non concurrentium inter se finium
anguli, non tantum recti, uerum etiam hebetes aut acuti,
habent aliquam rationem; in quam, si non dissimulemus,
facile quod inperiti turbauerunt artificio restituemus.*

De rigore*| refert in quo agro agatur. si limitatus *B* 45. 46
est, aut ordo limitis ordinati desideratur, aut subrunciui
aut linearis aut interiectiui rigoris incessus. at si in agro
arcifinio sit, qui nulla mensura continetur, sed finitur aut
montibus aut uiis aut aquarum deuergiis aut notabilibus
locorum naturis, aut arboribus quas finium causa agricolae
relinquunt et ante missas appellant, aut fossis aut quodam
culture discrimine, ... (*B*)

De fine . . . . . .

Extremitas finitima linea est quae interuenit aut per *G* 21
iter publicum, quod transcendi non potest secundum legem
colonicam, quia omnis limes itineri publico seruire debet,
aut per limites siue terminos aliaue signa quibus territoria
finiuntur, aut ubi in soluto loca remanserunt. haec autem
sunt loca quae in soluto dicuntur, quae aut in saxuosis et
sterelibus locis sunt aut in paludibus, ubi nulla potuit
exerceri cultura; quae, dum non esset quod excoli potuisset,
nullis necesse fuit limitum regulis obligari. propterea et
soluta loca uocata sunt. (*G*)

. . . . . .

Nam plerumque uia, dum cum limite currit, etiam si *G* 34
uicinalis est aut lignaria aut priuata, finem prestat. regammante
uero uia uel limite, dum a se utrimque disces-

1. anaudacia possessionib. *B*. || 4. habeant *B*. || in qua *B*. || 6. referent *B*. || 7. limites ordinari *B*. || 8. interiettibi *B*. || ac si *B*. || 9. sint *B*. || 11. finiunt *B*. || agriculae *B*. || 13. descrimine *B*. || 14. De fine *addidi*. || 18. aliaque *G*. || 19. *et* 20. insoluta *G*. || 22. quia dum *G*. || 28. utrique *G*.

G serint, desinit uia finem prestare, et erit controuersia: sed
(*G*) inspec|tio artificis eam finiet.

. . . . . .

B 46. 47 agetur. cum enim loci sit tanta iniquitas, | et aut praerupta aut abrupta, quae aut ruere aut minui possent, uetus consuetudo est terminos relatis pedibus in solido agro ponere. quamquam non erat necessarium, cum ipsa loci natura talis esset ut neque inferiorem uicinum admitteret in partem superiorem neque superiori descensum ullo modo praeberet. sed diligentes agricolae propter inpudentium uicinorum consuetudinem parum se tutos credunt, nisi ita fundauerint agros, ut etiam aliquid extra mensurarum ordinem faciant.

In superciliis autem maioribus non defuerunt qui ita
B 48 finem seruari | uellent, ut quatenus attingere unus quisque possessor posset, eatinus possideret. uidebimus an aliquam rationem sint secuti, cum sit totum supercilium superioris agri fundamentum, nec, si subruatur, possit sine iniuria superioris fieri. ideoque magis certior ratio illa uidetur, ut fundamento tenus in agro arcifinio possessio
G 213 seruari debeat, | si termini desint.

Frequenter inter se possessores propter loci difficultatem totum supercilium, quod angerentur ipso subiacente,
B 49 inferioribus cesserunt, et contenti fuerunt ter|minos per

1. desit *G.* || et *om G.* || 2. artifici *G.* || 4. et] sed *B.* || 6. terminus *B.* || 7. non erant *corr,* nouerant *pr B.* || 8. admittere *B.* || 9. descensu *B.* || 10. sed licentia *B. correxit Huschkius.* || agriculae *B.* || inpudentiam *B.* || 11. persecutus credunt *B. correxit Rudorffius.* || 12. fundauerint *Goesius:* fidauerint *B.* || aliquod *B.* || 14. defuerit *B.* || 15. finem praes alii seruari |tari uellent *B.* || 16. possessor possideat in usu possidere *B.* || uideremus *pr B.* || 17. tutum *B.* || 21. sed termini *pr B,* EX LIBRO FRONTINI SECUNDO. Si termini *G.* || 22. possessoris *B.* || difficultate *B.* || 23. augentur ipsa subiacet *BG.*

summum iugum disponere, nullam secuti rationem. haec *BG*
tamen si occurrunt, non quasi noua intueri debebimus.

Plurimis deinde locis terminos sacrificales non in fine ponunt, sed ubi illud sacrificii potius oportunitas suadet, hoc est loci commoditas, in quo sacrificium abuti commode possint. hos terminos non statim finitimos obseruare debebimus, etiam si non longe a fine positi fuerint: frequenter enim uiae finiunt, iuxta quas arbores solent esse laetiores, sub quas defigere terminos sacrificii causa possessores consue|runt. uerum tamen multi non tantum sa- *B*50
crificii secuntur consuetudinem, sed etiam rationem, et ipso fine defigunt: propter quod adimi fides sacrificalibus palis in totum non debet. (fig. 34.) (*B*)

Nam et locorum elationes et cliuia et colliculi finem *G*214
faciunt.

Termini autem si transuersi positi fuerint, gammam faciunt, sed non statim trifinium ostendunt. (fig. 35.) (*G*)

. . . . . .

De loco . . . . . .
haberi ordinem legis Mamiliae excessum plurimum, prae- *B*
cipue in agris archifiniis, sed nec minus in adsignatis. cum enim modum loci nulla forma praescribit et controuersia oritur,* solent quidam per inprudentiam mensores arbitros conscribere aut sortiri iudices finium | regundo- *B*51
rum causa, quando in re praesenti plus quidem quam de fini regundo agatur. sic fit ut post sententia inrita sit, et

2. quisi *G.* ‖ debemus *G.* ‖ 4. illo *G.* ‖ suadet poni. hoc *G.* ‖ 5. commoditas *G.* ‖ commode *G.* ‖ 11. sequuntur *G.* ‖ rationem in ipsis finitionis defigere maluerunt. *G.* ‖ 14. dationes et triuia *G. correxit Scriverius.* ‖ 19. *addidi.* ‖ 20. praecipuae magis archifiniis *B.* ‖ 22. cum] cuius *B.* ‖ 23. quidem *B.* ‖ 26. finium *B.* ‖ sic ... et] si fit ut possentiam inritum sit *B.*

B rescindi possit quod aut iudex aut arbiter pronuntiauerint, neque ullum commissum faciat qui sententiam non sit secutus, quando de alia re iudicem aut arbitrum sumpserint.

De loco, si possessio petenti firma est, etiam interdicere licet, dum cetera ex interdicto diligenter peragantur: magna enim alea est litem ad interdictum deducere, cuius est executio perplexissima. si uero possessio minus
B 52 firma est, mutata formula |iure Quiritium peti debet proprietas loci; iudicari praeterea, si locus de quo agitur aut terminis aut arboribus aut aliquo argumento finem aliquem agri declaret et a continuatione soli quasi quibusdam argumentis eximatur.

Ne praetereat nos, illut etiam tractare debemus, si arbores finitimas habet et locus est fere siluester, quo in genere est possessio minus firma, ne certetur interdicto. quod si silua cedua sit, post quintum annum parcissume repetatur. qui autem appellent arbores notatas, scire de-
B 53 bemus idioma regionis. qui claui|catas uocant quas finis declarandi causa denotant, ut in Brittiis, alii in Piceno sitiagitat, in aliis regionibus insignes aut notas.

Si uero pascua sit et dumi ac loca pene solitudine derelicta, multo minorem possessionis habent fidem. propter quod minime de his locis ad interdictum iri debet.

De quibus autem locis ad interdictum iri potest, sunt fere culta, quae possessionem brebioris temporis testimonio adipiscuntur, ut arba aut bineae aut prata aut aliut ali-

2. sententia *B*. || 3. iudicum *B*. || 4. de hoc loco *B*. || 5. peraguntur *B*. || 7. perpexissimas *B*. || 13. praeterea *B*. || 15. ne certetur interdicto *Huschkius:* decernatur ideo *B*. || 16. partes sumere petatur *B*. *correxit Rudorffius*. || 17. appellant *B*. || 18. iningoma *B*. || qui clauicatas *B*: *puto* quidam plagatas. || fines *B*. || 19. denotantur. in *B*. || *fortasse* signatas, || 20. insignis *B*. || 21. et dum haec loca *B*. || 22. minorum *B*. || 23. inime *B*. || 24. ire possunt fere *B*. || 26. ut arua *Huschkius:* aut arbor *B*. || pratu *B*.

quod genus culturae. haec tamen cum in demonstratione *B*
allegabuntur, etiam si partes quaedam proximae | et in- *B* 54
teriacentes culture fuerint propriae, non erit satis illas
sui generis agro adsignare, sed circuire oportebit totum
fundum et ita fidem obligare, ne demonstratione negle-
genter soluta appareat.

De modo controuersia* frequenter in agris adsignatis
exercetur: agitur enim ut secundum acceptam eius ueterani
qui in illud solum deductus est, modus restituatur; | aut *B* 55
si quando praescribtus est lege aliqua agri modus.

Quom autem in adsignato agro secundum formam
modus spectetur, solet tempus inspici et agri cultura. si
iam excessit memoria abalienationis, solet iuris formula [non
silenter] interuenire et inibere mensores, ne tales con-
trouersias concipiant, neque quietem tam longae posses-
sionis inrepere sinit. si et memoria sit recens, et iam
modus secundum centuriam conueniat et loci natura in-
dicetur et cultura, nihil inpediet secundum formas aesti-
matum petere: lex enim modum petiti definite prescribit,
cum ante quam | mensura agri agatur modus ex forma *B* 56
pronuntiatus cum loco conueniat. hoc in agris adsignatis
euenit. nam si aliqua lege uenditionis exceptus sit mo-
dus, neque adhuc in mensuram redactus, non ideo fide
carere debebit, si nostra demonstratio eius in agro non
ante finiri potuerit quam de sententia locus sit designatus.

1. cultum *B*. || 2. abligabuntur *B*. *correxit Goesius*. || quadam *B*. || iniacentes *B*. || 3. propria *B*. || erint *B*. || illa *add corr B*. || 4. sua *B*. || 5. fundum finem et ita obligare *B*. || 8. ueterani *Huschkius:* aeterni *B*. || 11. Quom] quae *B*. || 12. culturae *B*. || 13. memoriam *B*. || 14. mensores et alii controuersiae concipiat *B*. || 16. inrepere nisi et *B*. || 17. inretetur *B*. || 18. formas nec est initum deterre lex *B*. || 19. modo petitis definita *B*. || prescribit *add corr B*. || 24. nostra] non *B*. || 25. locutus *B*. || *in fine uer-*

. . . . . .

B in hac controuersia, quod inter priuatos tractatur.

Nam inter res publicas non mediocriter eius modi controuersia solet exerceri, quam frequenter coloniae habent cum coloniis aut municipiis aut saltibus Caesaris aut
*B*57 priuatis. | *nec enim refert, cuius sit solum aut cuius iuris, ad mouendam controuersiam: tunc autem habet differentiam, prout a iudice tractatur.

Obseruari in hac controuersia a mensore debebit lineis: * et habet aes, quoius formam respicit, cum modus
*B*58 in discrimine | est. ars triplici adtestatione firmatur: habere enim debet aes primo locum, deinde modum, deinde speciem. at si inter res publicas agatur aut rem publicam et Caesarem, instrumentis forte ueteribus continebitur, ut solet, adaeratio. * . . . . . .

. . . . . .

*A*163 *B*1 ad lu|cum Feroniae Augustinorum iugera M. haec in discrimen si uenerunt, omnia supra dicta conuenienter habere debent, ut illa sint quae secundum formam proponuntur.

. . . . . .

geminus in prouinciis modus ab alio possidetur, ab alio

sus uacuum spatium ***B***, *cui corrector antiquus inscripsit* dragma. || 2. iter ***B***. || 3. inter res precas non ***B***. *debebat scribi* p̄cas. || 5. colonis ***B***. || 6. referri cuius sint ***B***. || 7. habent differentia prius ali adice (*corr* adigent) ***B***. || 9. a *om* ***B***. || lineis *Goesius*: in eis ***B***. || 10. 11. et habent in se quib. formam redigit cuius modus in crimine | deside pars ***B***. *in his* ars *Blumio debetur*. || 12. debet in se primu ***B***. || 13. at] ut ***B***. || res publicas *om* ***B***. || agatur aurum praeca et caesarum ***B***. || 14. forte] fouet ***B***. || continebatur ***B***. || 15. adiuratio ***B***. *conf. Frontinus supra p.*32,5 || 17. ad lu *addidi*. Cum per omnium ***AB***. *conf. p.*47,3 *et* 19. || agustinorum ***A***. *Colonia Iulia Felix Luco Feronensis est in Orellii inscript.* 4099. || iugerum haec in discrimine se uenerunt ***AB***. || 19. debentur illa sit ***AB***. || que ***A***. || forma ***AB***. || 21. geminus *Huschkius*: memini ***AB***. || possedetur ***A*** *et pr* ***B***, possederetur *corr* ***B***.

ne quidem simplex. quem admodum autem fieri soleat, trac- *AB*
tare non alienum iudico. potest enim fieri ut illa mille
iugera secundum ordinationem mensoris a luco quidem in-
cipiant, at in diuersa regione. quod falsum manifesto ap-
paret: sed in de|monstratione inperitis obscurissimum est *B*2
dinoscere an secundum formam regio conueniat praesens, si
ut aquae diffusae regiones pareant et argumentis aut arbo-
rum aut aliarum rerum careant; sicut in Africa, ubi spatio-
sitas et inundatio camporum eius modi controuersias fa-
cillime in errorem deducit. quod si eadem mille iugera,
in eodem sane loco quo forma indicat, cohibitis angulis



in re presenti minoribus lineamentis deformentur, ut mo-
dum non expleant, se|quitur falsum futurum, quando nihil *B*3
amplius demonstrationi quam locus conueniat, et specie
disconueniente, uelut AD pro CA scripta, modus item dis-
conueniat. at si in eodem loco uelim eadem mille iugera
aliis lineamentis describere, conuenient quidem mille iu-
gera, et ad lucum Feroniae | esse conueniet, sed specie *A*164
disconueniente inter peritos manifeste falsum apparebit.* *B*4
|conuenire autem omnino in restitutione formarum omnia
debent, ut secundum signa in formis nominata locus qui-

1. quedem semplex *A*. || solet ac *AB*. || 2. iudicio *AB*. || 3. sermonis *AB*. || 4. et in diuersam regionem *AB*. || falsam manifestum *AB*. || 6. presens *A*. || si ut aquae] itaquae *A*, itaq. *B*. || 7. diffuse *B*. || 11. quo *om AB*. || formam de (dictat *B et corr A*) cohibitis *AB*. || 12. *ubi diagramma posui*, *AB habent* nihil deest || 13. liniamentis *B*. || 15. species, *omisso* disconueniente, *pr B*. || 16. ad pro centa adscripta *AB*. || item] autem *AB*. || 17. ut si *A*, aut si *B*. || uelit in eadem *AB*. || 18. aliis liniamentis *usque ad* mille iugera *corr B om pr* || discribere *AB*. || 19. speciae *A*. || 21. omni homini restitutione *AB*.

AB cumque erat restituatur, aut artificio signorum loca requirantur, si erint, ut frequenter euenit, turbata. ea docere nos angulorum positiones poterint. sic erit ut et artis sinceritas seruetur et ordo ueteris adsignationis non praetermittatur.

*B*5 *De proprietate agitur plurimum iure ordinario, neque est hic mensurarum interuentus, nisi cum queritur quatenus agatur.

(*AB*) Proprietas non uno genere uindicatur. |

G 27 Nam ubi mons fuit proximus asper seu sterelis, super quo fundi constitui nequiuerunt, aut forte aquae inopia habitatio hominibus prorsus negata est, siluae tamen dum essent glandiferae, ne earum fructus perirent, diuiso monte particulatim datae sunt proprietates quaedam fundis in locis planis et uberibus constitutis, qui paruis fluminibus *AB* stringebantur. | et sunt plerumque agri, ut in Campania in Suessano, culti, qui habent in monte Massico plagas *A* 165 *B*6 siluarum determinatas: (fig. 36.) * | nam et formae antiquae (*G*) declarant ita esse | adsignatum, quoniam solo culto nihil fuit siluestre iunctum quod adsignaretur.

Relicta sunt et multa loca quae ueteranis data non sunt. haec uariis appellationibus per regiones nominantur: in Etruria communalia uocantur, quibusdam prouin- *G* 28 ciis pro indiuiso. | haec fere pascua certis personis data sunt depascenda tunc cum agri adsignati sunt. haec pas- *B*7 cua multi per inpotentiam inuaserunt | et colunt: et de

2. erit *AB*. || ea *addidi*. || 6. propietate *A*. || 7. est] enim *AB*. || nisi conqueritur *B*, nisi conquiritur *A*. || 9. propietas *A*. || non *om* *AB*. || 15. funibus *G*. || 16. ea sunt ... culti *AB*, nam et insuessano culti sunt *G*. || 17. habeant *A*. || marico *ABG*. mons aricus *in diagrammate A*. || 18. antique *AG*. || 20. siluestrae *AB*. || 22. per regionibus *A*. || 23. eatruria *A*, aetruria *B*. || 24. pro indiuisa *AB*. || 25. tunc eum agrum ... pascua *AB*, sed in communi quae *G*. || 26. per potentiam *ABG*. || et *ante* de *om G*.

eorum proprietate solet ius ordinarium moueri, non sine interuentu mensurarum, quoniam demonstrandum est quatenus sit adsignatus ager. *ABG* (*G*)

Nam per emptiones quasdam solet proprietas quarundum possessionum ad priuatas personas pertinere. quae iure magis ordinario quam mensuris explicantur.

Nunc ut ad publicas personas respiciamus, coloniae quoque | loca quaedam habent adsignata in alienis finibus, quae loca solemus praefecturas appellare. * | solent et priuilegia quaedam habere beneficio principum, ut longe [et] semotis locis saltus quosdam reditus causa acceperint. | * sunt et alie proprietates quae municipiis a principibus sunt concessae. | * *G*28 *B*8 (*AB*) (*G*) *AB*

De possessione * | plurimum interdicti formula litigatur. de qua et in superiore parte meminimus: ideoque non puto eam iterum retractandam. (fig. 37.) *A*167 *B*10 (*AB*)

De allubione * . . . . . *A*169 *B*14 in hac controuersia plurimum sibi uindicat ius ordinarium. agitur enim de eo solo quod alluat flumen, et subtiles intro ducuntur questiones, an ad eum pertinere debeat cui in altera ripa recedente aqua solum creuit, an hic qui aliquid agri sui desiderat transire et possidere illud debeat quod flumen reliquid. nisi quod illud subtilissime

1. propriaetate *A*. ‖ ius ordinarium solet *G*. ‖ non sine *AB*, atque *G*. ‖ 2. quoniam . . . quatenus *AB*, demonstratur ut *G*. ‖ 3. adsignatum *A*. ‖ 4. Nam] non *AB*. ‖ propriaetas *A*. ‖ 5. possessionem *B*. ‖ priuatas *add Rudorffius*. ‖ 8. 9. habent assignata in alienis finibus quaedam loca quae solemus *G*. ‖ 8. quedam *A*. ‖ 10. beneficia *ABG*. ‖ ut *B*, ut *A*, quod *G*. ‖ 11. semotis *P*, remotis *A*, remotis *BG*. ‖ saltos *G*. ‖ acciperunt *G*. ‖ 14. interiecti *AB*. ‖ furmula *A*. ‖ 15. *conf. p.* 44. ‖ 18. controuersiam *A*. ‖ 19. flumem *A et pr B*. ‖ 21. an *om AB*. ‖ 22. transsire *B*. ‖ illa *AB*. ‖ 23. quo flumen *B*. ‖ subtilissimae *B*, subtulissime *A*.

AB 15 profertur, | quod is solum amisit, non statim transire in alteram ripam, sed abductum esse et elotum. et illud, contra uicinum longe dissimilem agrum habere; quod hic forte cultum et pingue solum amiserit, aput illum autem harenae lapides et limum abluuio inuectum remanserit. illud praeterea, quod finem illis semper aqua fecerit et nunc *A* 170 quoque | facere debeat.

Sunt et multi casus de quibus subtiliter tractatur: sed nec uno tantum genere per alluuionem flumina pos- *B* 16 sessoribus iniurias faciunt. sicut | Padus relicto albeo suo per cuiuslibet fundum medium inrumpit et facit insulam inter nouum et ueterem alueum. ideo de hac re tractatur, ad quem pertinere debeat illud quod reliquerit; cum iniuriam proximus possessor non mediocrem patiatur, per cuius solum amnis publicus perfluat. nisi quod iuris periti aliter interpraetantur, et negant illud solum quod solum p. R. coepit esse, ullo modo usu capi a quoquam mortalium posse. et est uerissimum. ita neuter possessor *B* 17 excedere finem | illum ueteris aquae ullo iure potest aut *G* 29 debet. | hae quaestiones maxime in Gallia togata mouentur, quae multis contexta fluminibus inmodicas Alpium niues in mare transmittit et subitarum regelationum re- (*G*) pentina inundatione patitur | iniurias.

Quaeritur tamen qualia et quanta sint flumina in qui-

1. perfertur cuius solum misit *AB*. || 2. esset elotum *AB*. || 4. pinguae *AB*. || 6. preterea *A*. || aque *A*. || 8. casus *addidi*. || tractaret, *A*. || 10. palus *AB*. || 12. idem de hoc re *AB*. || tractur *A*. || 14. possor non mediocres *A*. || 15. prefluat *A*, praefluat *B*. || 16. illum *AB*. || 17. capi at *AB*. || 18. ueri (uiri *A*) simile *AB. correxit Huschkius*. || 19. excidere *A*. || adque *AB*. || 20. haec *G*, haec *in litura corr B*. || questiones *AG*. || tota *ABG*. || 22. nibes *A*. || transmittet et *AB*. || relegationum *AB*. || repentinas inundationes (-nis *B*) *ABG*. || 24. et *om AB*.

bus alluuio obseruari debeat. nam et iure continetur ne- *AB*
quis ripam suam in iniuriam uicini munire uelit.

Multa flumina et non mediocria in adsignationem
mensurae antiquae ceciderunt: nam et | deductarum co- *B* 18
loniarum formae indicant; ut multis fluminibus nulla la- 5
titudo sit relicta. sequitur in his fluminibus artem men-
soriam aliquem locum | sibi uindicare, quatenus acto li- (*A*)
mite accepta finiatur, qua uel aquam uel agrum uel
utrumque habere debeat unus. fuit enim fortasse tunc
ratio non simplex, qua deberet quis quid deductorum 10
etiam aquae accipere. primum quod exiguitas agrorum
conditorem ita suadebat. deinde quod non erat ingratum
possessori proximum esse aquae commodo. tertio | quod, *B* 19
si sors ita tulerat, acquo animo ferendum habebat. in his
agris exigitur fere mensura secundum postulationem aeris 15
formarumque. quo pertica cecidit, eatenus acceptae de-
signantur.

Videbimus an inter mensores et iuris peritos esse
de hoc quaestio debeat, cursum an perticam sequamur,
si qua usque potuit ueteranis est adsignatum. scio in 20
Lusitania, finibus Emeritensium, non exiguum per mediam
coloniae perticam ire flumen Anam, circa quod agri sunt
adsignati qua usque | tunc solum utile uisum est. propter *B* 20
magnitudinem enim agrorum ueteranos circa extremum
fere finem uelut terminos disposuit, paucissimos circa 25

1. et *om A.* || contenetur *A.* || 2. in iniuria *AB.* || munere *A.* || 3. adsignatione *B.* || 4. antique *A.* || 5. formae ita dicant *AB. correxit Huschkius.* || 6. relitta *AB.* || mensuriam *A.* || 7. aliquod *AB.* || siui uindicare *alia manu A.* || quando exacto *B.* || 8. quae uel aqua *B.* || 10. quis quod *B.* || 11. aquae] quam *B.* || 12. quod *addidi.* || 13. adq. *B.* || 14. fors *N. Heinsius ad Ouidii metam.* 1,297; *non recte.* || 15. aeris] eius *B.* || 18. uiderimus *B.* || 19. perticam sequamur *Rudorffius*: praetium etiam *B.* || 20. usquae *B.* || 21. exiguam *B.* || 22. perticam prae fluminanam *B.*

B coloniam et circa flumen Anam: reliquum ita remanserat, ut postea repleretur. nihilo minus et secunda et tertia postea facta est adsignatio: nec tamen agrorum modus diuisione uinci potuit, sed superfuit inadsignatus. in his
G 29 agris cum subsiciua requirerentur, | inpetrauerunt posses-
B 21 sores a praeside prouinciae eius, ut aliquam latitu|dinem
(*G*) Anae flumini daret. | quoniam subsiciua quae quis occupauerat redimere cogebatur, iniquum iudicatum est ut quisquam amnem publicum emeret aut sterilia quae allue-
10 bat: modus itaque flumini est constitutus. hoc exempli
G 29 causa regerendum existimaui. | nam et in Italia Pisauro flumini latitudo est adsignata eatenus qua usque ad-
(*G*) labababat. (fig. 39.)

B 22 De iure territorii controuersia* | non tantum inter
A 171 res publicas sed et inter | rem p. et priuatos exercetur, nec tantum iure ordinario sed et arte mensoria conponitur.

Inter res p. autem controuersiae eius generis mouentur, ut quaedam sui territorii iuris esse dicant, quamuis sint intra aliaenos fines, munificentiamque coloniae
B 23 aut municipio ex his locis | deberi defendant. sed haec quaedam coloniae aut beneficio conditorum perceperunt,
G 30 | ut Tudertini, aut postea aput principes egerunt, ut Fanestres, ut incolae, etiam si essent alienigenae, qui intra territorium colerent, omnibus honeribus fungi in colonia de-

1. flumina reliquum *B*. || 6. presidae prouintiae ut *G*. || 7. Anae] an *B*, *om G*. || 10. flumi *B*. || 11. reigerendum, *rec* alii referendum, *B*. || pisaurum *G*. || 12. eitenus *pr B*. || quo usque alluebat *G*. || 16. artem *AB*. || mensuria *B*, mensuriam *A*. || componitur *B*. || 18. quidam *AB*. || 19. munificentiam quoque *AB*. || 20. locus *AB*. || haec] ae *A et pr B*, aec *corr B*. || 21. perciperunt *A*. || 22. tudestini *A et pr B*, tudettini *corr B*. || aut postea *AB*, qui *G*. || utfanes tres incolae si *G*. || 23. aliæniginae *A*. || 24. incolerent *G*. || omnibus] alii hominibus *AB*, *om G*. || honoribus *ABG. correxit Rudorffius*. || coloniam *AB*, colonia non *G*.

berent. hoc Fanestres nuper inpetrauerunt, | Tudertini *AB(G)*
autem beneficio habent conditoris.

Inter res p. et priuatos non facile tales in Italia controuersiae mouentur, sed frequenter in prouinciis, praecipue in Afri|ca, ubi saltus non minores habent priuati *B*24
quam res p. territoria: quin immo multis saltus longe maiores sunt territoriis: habent autem in saltibus priuati non exiguum populum plebeium et uicos circa uillam in modum munitionum. tum r. p. controuersias de iure territorii solent mouere, quod aut indicere munera dicant oportere in ea parte soli, aut legere tironem ex uico, aut uecturas aut copias deuehendas indicere* | eis locis quae *B*25 *A*172
loca res p. adserere conantur. eius modi lites non tantum cum priuatis hominibus habent, sed et plerumque cum Caesare, qui in prouincia non exiguum possidet.* | *B*26

*A*167
De subsiciuis* | maximae controuersiae agitantur. *B*10. 11
cum enim adsignatio in agro adsignato fieret, non potuit omnis modus intra IIII limites ueteranis | adsignari.* in *A*168
his subsiciuis quidam iterum miserunt quibus agri adsignarentur, quidam et subsiciua coloniis concesserunt. ideoque semper hoc genus controuer|siae a rebus publicis *B*12
exercentur. per longum enim tempus attigui possessores uacantia loca quasi inuitante otiosi soli oportunitate inuaserunt, et per longum tempus inpune commalleauerunt.

1. sed fanes tres hoc postea impetrauerunt ut eis liceret fungi honoribus *G.* || fanestras *A.* || 2. beneficium *AB.* || conditores *A.* || 3. controuersias *AB.* || 4. praecipuae *AB.* || 6. qui immo multi *AB.* || 7. priuatis *AB.* || 9. municipiorum *AB*, *omisso* tum. || territori *A.* || 10. solet *AB.* || 11. autem legere *AB.* || 13. reb. p̄. *AB.* || 15. qui *om AB.* || 16. agantur *A.* || 17. cum autem *AB.* || 18. omnes *AB.* || 20. colonis *AB.* || 21. reb. p̄. *B.* || 22. attingui *AB.* || 23. inritante *AB.* || soli *addidi.* loci *pro* otiosi *Rigaltius ex p.*56,10. || oportunitatem *AB.* || inuenerunt *A.* || 24. commaluerunt *AB.*

AB horum subsiciuorum multae res p. etiam si sero mensuram repetierunt, non minimum aerario publico contulerunt. pecuniam etiam quarundam coloniarum imp. Vespasianus exegit, quae non haberent subsiciua concessa: non enim
B 13 fieri poterat ut solum | illud quod nemini erat adsignatum, alterius esse posset quam qui poterat adsignare. non enim exiguum pecuniae fisco contulit uenditis subsiciuis. sed posquam legationum miseratione commotus est, quia quassabatur uniuersus Italiae possessor, intermisit, non concessit. aeque et Titus imp. aliqua subsiciua in Italia recollegit. praestantissimus postea Domitianus ad hoc beneficium procurrit et uno edicto totius Italiae metum liberauit.

B 14 Haec controuersia numquam a priuatis exercetur.
(*AB*) (fig. 38.)

A 172 *B* 26 De locis publicis*. . . . . .

A 173 Sunt autem loca publica haec quae inscribuntur ut SILVAE ET PASCVA PVBLICA AVGVSTINORVM. haec uidentur nominibus data; quae etiam uendere possunt.

Est alia inscribtio, quae diuersa significatione uidetur
B 27 esse, in quo loco | inscribitur SILVA ET PASCVA, aut FVNDVS SEPTICIANVS, COLONIAE AVGVSTAE CONCORDIAE. haec inscribtio uidetur ad personam coloniae ipsius pertinere,

1. subsiciuorum subsiciuorum *bis AB*. || multe *A*. || 2. non minimum *B*, nominum *A*. || in italia *post* contulerunt *supra scriptum A*. || 4. exigit *AB*. || haberunt *AB*. || 7. uinditis *A*. || 8. miserationem *B*. || 9. non *bis A*. || 11. prestantissimus *A*. || 12. liuerauit *A*. || 14. hae *B*. || exercetur. Postea domitianus ad hoc beneficium procurrit et uno edicto suscem *A*. || 17. scribuntur silua *Boethius p.* 1538. || 19. nominibus *Rudorffius:* hominibus *AB*. || 20. qua *AB*. || significatio *AB*. || 22. auguste *B*.

neque ullo modo abalienari posse a re publica. item si- *AB*
quid in tutelam aut templorum publicorum aut balneo-
rum adiungitur. (*AB*)

Sunt siluae de quibus lignorum cremia in lauacra *G*32
publica ministranda caeduntur. sunt et loca publica quae
in pascuis sunt relicta quibuscumque ad urbem uenien-
tibus peregrinis.

Habent et res p. loca suburbana inopum funeribus *AB*
destinata, quae loca culinas appellant. habent et loca
noxiorum poenis destinata. ex his locis, cum sint subur-
bana, sine ulla religionis reuerentia solent priuati aliquid
usurpare et hortis | suis adplicare. | de his locis, si r. p. *B*28. (*G*)
formas habet, cum controuersia mota est, ad | modum men- (*A*)
sor locum restituit: sin autem, utitur testimoniis et qui-
buscumque potest argumentis. (*B*)

Sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuere *G*32
conciliabula et postea sunt in municipii ius relata. sunt
et alia loca publica quae praefecturae appellantur.

*Nam et ubi uis aquae alueo Tiberis prominentem *G*32
modo insulam fecit, locus est publicus, si siluae etiam
sunt iuxta hunc alueum suis circum datae terminibus,
quae communalia nominantur. (*G*)

*Loca autem relicta et extra clusa non sunt nisi in *A*174 *B*28

1. neque] qui *AB*, quae *Boethius*. ‖ ablienari *AB*. alienari (*uel* alienare) nequeunt et possident tutelam aut templorum publicorum aut balnearum [adiungitur] *Boethius*. ‖ a rei publicae *AB*. ‖ it̄ siquid *supra scripta AB, et quidem A alia manu*. ‖ 2. autem templorum *A*. ‖ 4. cremia] copia *G*. ‖ 8. Sunt in suburbanis loca publica inopum destinata funeribus *G*. ‖ 9. collina *uel* collinas *Boethius*. ‖ habent *AB*, sunt *G*. ‖ 12. et *AB*, atque *G*. ‖ 13...15. *ima pars paginae* 173 *A recisa*. ‖ 13. mensor *om B*. ‖ 19. aluei tiberis populi romani tantum modo *G*. ‖ 20. si *om G*. ‖ 21. hoc alueo *G*. ‖ 22. casalia *G*. ‖ nominantur *Rigaltius*, non utuntur *G*.

AB finibus coloniarum, ubi adsignatio peruenit usque qua cultum fuit, quatenus ordinatione centuriarum intermissa
*B*29 | finitur. ultra autem siluestria fere fuerunt et iuga quaedam montium, quae uisa sunt finem coloniae non sine
*G*33 magno argumento facere posse. | ergo fines coloniae inclusi sunt montibus. propter quod haec loca, quod adsignata non sint, relicta appellantur; extra clusa, quod extra limitum ordinationem sint et tamen fine cludantur. haec plerumque proximi possessores inuadunt et opportunitate loci inuitati agrum optinent. cum his controuer-
(*G*) siae a rebus publicis solent moueri.

*A*175 *B*30 De locis sacris et religiosis * primum * quaeritur an ea loca ullo modo usu capi possint: deinde, quatenus possunt, secundum locum habent mensurae.

Locorum autem sacrorum secundum legem populi Rom. magna religio et custodia haberi debet: nihil enim magis in mandatis etiam legati prouinciarum accipere so-
*B*31 lent, | quam ut haec loca quae sacra sunt custodiantur. hoc facilius in prouinciis seruatur: in Italia autem densitas possessorum multum inproue facit et lucos sacros occupat, quorum solum indubitate p. R. est, etiam si in finibus coloniarum aut municipiorum. de his solet quaestio non exigua moueri inter r. p. et priuatos.

Sed et inter res publicas frequenter eius modi contentio agitatur de his locis in quibus conuentus fiunt maiores et aliquod genus uectigalis exigitur.

1. utque *A et pr B.* || 2. ordinatio *AB.* || 3. quedam *A.* || 6. propterea haec *G.* || 7. non sit *AB.* || et extraclusa *G.* || 8. ordinationes *G.* || cludaⁿtur *A*, cludatur *B.* || 9. plerumquæ *A.* || opportunitatem *AB*, oportunitate *G.* || 10. inritati *AB*, irritati *G.* || obt. *G.* || 12. queritur *A.* || 13. possit *B.* || 14. possint *AB.* || mensure *B.* || 15. locurum *A.* || 19. densisas *A.* || 20. locus sacrus *A.* || occupant *AB.* 22. questio *A.* || 24. ī. p̄. *A.* || contentio *Rudorffius*: sententia *AB.* || 25. agitantur *B.* || 26. uectigales *A*, uettigales *B.*

Nam et de aedibus sacris, | quae constitutae sunt in agris, * similes * oriuntur quaestiones; sicut in Africa inter Adrumentinos et Tysdritanos de aede Mineruae, de qua iam multis annis litigant. (fig. 40.) *AB* 32

Sunt et loca sacra quae re uera priuatis finibus rei p. coloni debent. haec plerumque interuentu longe obliuionis casu a priuatis optinentur, | quamquam in tabulariis forme eorum plurimae extent. | si enim loca sacra aedificabantur, quam maxime apud antiquos in confinio constituebantur, ubi trium uel quattuor possessionum terminatio conueniret. et unus quis possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo, et quantum donasset scripto sanciebat, ut per diem sollemnitatis eorum priuatorum agri nullam molestiam inculcantis populi sustinerent. sed et siquid spatiosius cedebatur, sacerdotibus templi illius proficiebat. in Italia autem multi * templorum loca occupauerunt et serunt. * *A* 176 (*AB*)*G* 33

Nam lucos frequenter in trifinia et quadrifinia inuenimus, sicut in suburbanis et circa publica itinera constituta Moesilea*. | haec maxime aut in loco urbis aut suburbanis locis a priuatis detinentur. *G* 34 (*G*)*AB*

De aqua plubia arcenda controuersia * | per regiones uariis generibus exercetur. * in Italia [aut quibusdam prouinciis] non exigua est iniuria, si in alienum agrum aquam inmittas; in prouin|cia autem Africa, si transire non patiaris. *B* 33 *B* 34

1. Nam *om B.* || hedibus *B*, hedebus *A.* || constitute *A.* || 3. adsdrumentinos *A.* || tysdrytanos *A*, tisdytranos *B.* || minerbe *A.* || 5. bera a pribatis *A.* || finibus pr. coli *AB.* || 6. hec *A.* || interuento *AB.* || oblibionis *A.* || 7. causa *A*, *om B.* || 8. furme *A.* || earum *AB.* || 9. maximae *G.* || 13. sanciebat *Scriuerius:* faciebat *G.* || 15. cædebatur *G.* || 18. in trifinio et quadrifinio *Turnebus. sed uide supra p.* 39,11. || 19. constitutum *G.* || 20. Moesilea] esse *G.* || 21. detenentur *AB.* || 22. publia *B.* || 23. uaris *AB.*

A 177 *B* Eiusdem | condicionis est controuersia de cloacis ducendis et fossis caecis. quod totum, nisi per finem aga-
(*AB*) tur, ad ius ordinarium pertinet. (fig. 41.)

G 34 Si aqua ex pluuia collecta riuum fecerit per longinquitatem temporum, et ut solet fieri ripam ex utraque parte mediam secans erexerit, et hoc citra fines alterius; dumque riuus ille liti includitur, possessor uicini agri calumniose sibi uelit fines ad riuum usque defendere, non mediocris exinde controuersiae genus exoritur: sed hoc
(*G*) mensoris est peritia finiendum.

AB De itineribus * quaestio multipliciter tractatur. Nam in agris centuriatis excipitur limitum latitudo causa itineris: sed cum illi recturas suas per qualiacum-
B 35 que loca extendant, hoc | est qua ratio dictauit, per cliuia et montuosa, qua iter nullo modo fieri potest, quae loca fortasse possessori siluae causa sint utilia, horum loco non inique, per quae possit loca commode iri, iter commutant.

A 178 Nam quae sit condicio itinerum, | non exigua iuris tractatio est. agitur enim utrumne actus sit an iter an ambitus. per quae loca quid liceat populo, iure con-
(*AB*) tinetur.

2. fosis *AB*. || caesis *A*. || 5. fieri *Goesius:* uideri *G*. || 6. citra] intra *G*. || 7. limite *G*. || 11. questio multiplicetur *A*. || 13. iteneris *A*. || 14. per diuia *AB*. || 15. que loca fortassae *A*. || 16. possessores *AB*. || 17. per quam posset loca commodiora iter *AB*. || 19. itenerum *A*. || 20. actu *A*. || sit an inter ambitus *AB*. || 21. per que *A*. || contenetur *A*.

INC. AGENI VRBICI DE CONTROVERSIIS AGRORVM.

. . . . . .

aduersantur, nequid in rerum natura finitum esse uidea- *B* 83
tur. ac si rationis actum uniuersaliter adpraehendere pro-
ponimus, ut ab initio quodam ad certam finium disposi-
tionem procedit et exigit ornatum, silentio transire nequeo.

Si enim uox, quam uaria uerborum significatione di-
uidimus, naturalis est, uerborum significatio naturaliter
sui exigit institutionem. ipsa quoque litterarum initia ne-
cessariam habent sui institutionem. nisi enim constet li-
nearum illam figurationem capere | nomen et esse aliquid, *B* 84
itemque similiter certas uocis distinctiones certa significa-
tione seruari, numquam scribturae ullus ordo ad notitiam
mentis admittetur. et si ad numeros respiciamus, et non
putemus esse unum neque duo pluraue, et a primo ad
secundum tertiumque distantias non substituamus, nullius
ordinis modo numerorum rationalium gradus distinguemus.
et quid pluribus fatigamur exemplis? si ad rationem homo
pertinet, et rationis nexus humana tangitur prouidentia,
ad quam non tantum peruenire ne quidem institutus quis-
quam mortalium potuisse, | de contrario falsa persuasione *B* 85
decipimur, et naturaliter inesse nobis etiam sapientiam
credimus. custos est disciplina, nisi fallor, infantiae: quae

1. INC. ... AGRORVM *habet A p.* 161. || 5. rationes artum *B*. || adpraehenderet *B*. || 6. certa *B*. || 7. exegit ornatam *B*. || neq. eos *B*. || 8. uos *B*. || significationem *B*. || 11. habent substitutionem *B. correxit Huschkius.* || 13. ceteras uoces *B*. || 14. ullius *B*. || ad iusti tiam *B. correxit Blumius.* || 15. admittitur *B*. || 16. et *add Blumius.* || 17. tertium quod *B*. || 18. numerorum] rum *B*. || distinguamus *B*. || 19. exempla *B*. || 21. tantum] *uelim* putatur. || 23. et] si *Blumius.* || inisse *B*. || 24. castus *B*. || infantia *B*.

B cum ita naturalia ad notitiam mentis admittit, ut sint in quae dirigi possit animus, alia procul et semotiore ratione continentur; ad quae cognoscenda, ne uulgaribus abducamur opinionibus, ratio non deerit.

Ac si instituamus ante positas disputationes in tractatum aut ordine persequamur, quam multa praecedunt quibus ad hanc disputandam materiam instrui debeamus! tali enim operatione naturae regimur, ut uniuersa, ad quae
B 86 pertinemus aut quae ad nos perti nent, sensibus nostris uelut confusa offerantur, ipsaque animo didicerimus dinoscere. quid quod id ipsum, quod quid est, aut quale, prius quadam in parte uidemus, nec statim totam partis proprietatem cernimus, nisi in singulas portiones auocatum undique uisum direximus, ut relicta magnitudinis occupatione paulatim ad notitiam rei animus inducatur. eadem ratione etiam ceterae intellectu qualitates tenentur. per quae ad aliud opus festinantibus satis dilucida existit probatio, capacitatem rerum generi humano esse concessam,
B 87 quarum multitudine oneramur | adque in uniuersa distringimur, ut ad certa et electa nisi elaborato studiorum iudicio peruenire nequeamus. ut enim nec ferrum in genere secare potest, nisi ad secandum habilem acceperit figuram, sic animus naturalium capax rerum, nisi certo disciplinae ordine adiutus, subtilioribus indiget argumentis.

1. admittitur aut sunt in qui dirigi possint animum alia procubet semotior rationem continetur atq. cognoscenda *B*. ‖ 3. adducamur *B*. *correxit Huschkius*. ‖ 4. rationis decreti *B*. ‖ 5. ac instituamus adposita *B*. ‖ tractum aut ordinē *B*. ‖ 6. procedunt *B*. ‖ 7. disputandum materia *B*. ‖ 8. operationem *B*. ‖ adq. *B*. ‖ 9. aut quam *B*. ‖ 10. confessa referantur ipsa quoq. animi didicerimus dinoscimus *B*. ‖ 11. ipsum quidquid est aquale *B*. ‖ 12. quadam] quam *B*. ‖ totum *B*. ‖ 15. animum *B*. ‖ 16. etin ceterae intellectum qualitatis *B*. ‖ 17. quae ad] quas *B*. ‖ dilucide *B*. ‖ 18. opacitatem *B*. ‖ 19. multitudinem onerauit ad in *B*. ‖ 21. neq. eamus *B*. ‖ nec *Blumius:* est *B*. ‖ in *om B*. ‖ 22. secundum *B*. ‖ 23. animum *B*. ‖ 24. ordinem autus *B*. *correxit Blumius*.

quam ob rem inter praecipua honestarum amore artium *B*
conpungere animum et bonae mentis instrumentis fundare
debemus. si quidem secundum cognitas mihi artes huius
partis sit aut experimenti copia, perferendi quoque suffe-
cerit facultas, poterit | labori nostro non inter minimarum *B* 88
utilitatium profectus locus uindicari.

Quoniam itaque de controuersiis meminimus agro-
rum, hae quod partibus diuidantur et in quod genera pos-
sessionum, aut quas habeant qualitates, tractemus.

Quom autem quaerendum uideatur quid sit ager et 10
ubi sit, ad ordinem mundi partesque reuocamur. mundus
autem, ut stoici decernunt, unus esse intellegitur: sed
qualis et quantus, geometricis spectaminibus aperitur. eo
enim elementorum natura terrae equilibratur. huius ter-
rae pars die fulget, pars nocte fuscatur. diuiditur, | ut *B* 89
supra diximus, in quattuor partes. quarum una inter At-
lanticum et eoum mare meridiano ac septentrionali clau-
ditur Oceano, habitabilis atque cognita: appellatur a Grae-
cis oecumene. reliquae igitur habitabilis ratione colliguntur.
contraria autem pars parti oecumenae finitur Oceano Atlan- 20
tico atque eoo, et inter meridianum et australem cohibetur
Oceanum: appellatur antoecumene. post Oceanum septem-
trionalem atque australem duae terreni partes meridiano
diffinduntur Oceano: quarum Graeci austro propiorem
antictonon appellauerunt; | alteram propiorem septentrioni *B* 90

2. conpunere *B*. || 3. artis *B*. || 4. sint *B*. || sufficerint facilitas *B*. ||
5. laborari *B*. || minimum *B*. || 8. hae] hoc *B*. | || 9. habeat
B. || 10. quam autem quorundam *B*. || 11. mundum partesq *B*. ||
12. ut instoici (*id est* istoici) decerunt *B*. || 13. et *add Huschkius. conf. p.* 50,24. || 15. diei *B*. || 17. et eoum] ut eum *B*. || 18.
habeshabiles *B*. || 19. cacumine reliquitur habitabilis *B*. || 20. oecu-
mene *om B*. || 21. eoo] egeo *B*. || austrantem cohibitur *B*. || 22. an-
tecumene *B*. || 24. diffunditur *B*. || propriorum *B* ||. 25. *dic* ἀντιχθόνων
et mox ἀντιπόδων. || propriorum *B*.

B antipodon, quoniam emisperiou aliut latus optinet et ad rationem habitabilis tetartemorii contrariis ambulantium gressibus premitur. oecumene autem, hoc est habitabilis et cognita terreni portio, ad notitiam spatiorum incrementis redigitur umbrarum. huius latitudinem definit orientis occidentisque dimensio, altitudinem septentrionalis facit kardo: intra haec spatia terminatur utroque Oceano. tripertita regionum diuisione distinguitur, Europa Libya atque Asia. *B* 91 Europam a Libya Gallicum Tyrrenum Egeum, hoc | est intestinum, mare diuidit, Asiam ab Europa Tanais, a Libya Nilus. ex his argumentaliter inclinamentorum condicio cognoscetur, intra quae ager imperii Romani spatioso fine diffunditur, cuius controuersias generaliter exequi proposuimus.

Ager est finiruris . . . . . .

B 39 . . . . . .

non praetermittimus nominata sententia condicionibus possessionum.

Prima enim condicio possidendi haec est ac per Italiam; ubi nullus ager est tributarius, sed aut colonicus, aut municipalis, aut alicuius castelli aut conciliabuli, aut saltus priuati.

At si ad prouincias respiciamus, habent agros colonicos eiusdem iuris, habent et colonicos qui sunt inmunes, habent et colonicos stipendiarios. habent autem prouinciae et municipales agros, aut ciuitatium peregrinarum.

1. emisperion *B*. || 2. etartemerii *B*. || ambulantiam *B*. || 3. permittitur ecumene *B*. || hoc est habitabulis *B*. || 6. latitudine *B*. || 7. terminantur *B*. || 8. regionem diuisionem *B*. || libia *B*. || 9. a lubia gallicum tyrenum *B*. || 10. Asiam ... argumentaliter] asia ab europa na his aligaliter *B. correxit Huschkius*. || 12. cognoscet intra quā *B*. || 15. EXP. LIB. *B*. || 16. incipit lib. *B*, Incipit liber agri mensurae *E p. 5*. || 17. nomina conuenientia *Huschkius*.

Et stipendia|rios . . . . . qui nexum non habent, B 40 neque possidendo ab alio quaeri possunt. possidentur tamen a priuatis, sed alia condicione: et ueneunt, sed nec manipatio eorum legitima potest esse. possidere enim illis quasi fructus tollendi causa et prestandi tributi condicione concessum est. uindicant tamen inter se non minus fines ex aequo ac si priuatorum agrorum. etenim ciuile est debere eos discretum finem habere, quatenus quisque aut colere se sciat oportere aut ille qui iure possidet possidere. nam et controuersias | inter se tales B 41 mouent, quales in agris inmunibus et priuatis solent euenire. uideuimus tamen an interdicere quis possit, hoc est ad interdictum prouocare, *de eius modi possessione.*

Multa enim et uaria incidunt, quae ad ius ordinarium pertinent, per prouinciarum diuersitatem. nam cum in Italia ad aquam pluuiam arcendam controuersia non minima concitetur, diuerse in Africa ex eadem re tractatur. quom sit enim regio aridissima, nihil magis in quaerella habent quam siquis inibuerit aquam pluuiam in suum in|fluere: nam et aggeres faciunt, et B 42 excipiunt et continent eam, ut ibi potius consumatur quam effluat.

In omnibus his tamen agris superius nominatis quod genera controuersiarum exerceantur, tractare incipiamus. nam et qualia sint et quod status habeant generales, diligenter intueri debemus.

Etenim ad artificium defendendi plurimum prode erit, si persecuti ius omni diligentia fuerimus. non enim a qualibet parte adgrediendum est in controuersia, sed dispiciendum cui postulationi absolutio pro|xima sit, ne B 43 inplicatione aliqua et iudicem inpediamus et controuersiam faciamus obscuriorem. nihil puto deformius esse

24. *conf. p.* 88 *et* 39 *B, tum* 59 *et* 69 *B.* || 25. generalis *B.*

*B*71 *quam cum de eius modi causis inperiti | idoneas uolunt exhibere aduocationes.* quaecumque autem in artificio generaliter eueniunt, colligi utcumque possunt: reliqua omnia sunt infinita. in quantum potero tamen a generalibus specialia argumentis tractabo, *cum ab exiguo quidem exemplo secundum locorum naturam colligere possint* *B*72 *quid potissimum sequi | debeant.*

Quamquam non ignorem inter professores inmodice controuersiarum quaestionem frequenter agitatam, necessariam studiis exercitationem huius quoque partis existimaui. uno enim libro instituimus artificem, alio de arte disputauimus. [cuius tripertitionem sex libris, ut puto, satis conmode sumus executi. exigit enim ars scientiam metiundi, cui datur libri tertii pars, quam quinto et sexto libro continuabimus.] *et de adsignationibus et partitionibus agrorum et de finitionibus terminorum actenus* [deputato arti mensoriae ordine] *meminimus: superest* *B*73 *nunc ut de controuersiis dispiciamus.* | quae pars [, quamuis quarta sit uniuersitatis, seiungitur, quoniam] communis est cum aliis artibus et priuatae disputationis exigit curam. quam ita capere ac persequi poterimus, si anticipalia quoque, quibus initia substituuntur, non praetermiserimus.

Omnium igitur honestarum artium, quae siue naturaliter aguntur siue ad naturae imitationem proferuntur, materiam optinet rationis artificium geometria, principio arduа ac difficilis incessu, delectabilis ordine, plena praestantiae, effectu insuperabilis. manifestis enim rationis exe-

2. quocumque *B*. || 3. ueniunt *B*. || 12. sex] ex *B*. || 13. conmodis *B*. || pars scientiam metiuna cludatur libra tertia *B*. || 15. conminuauimus *B*. || 17. artis *B*. || 19. uniuersitati *B*. || 20. cum] quam *B*. || exigit cum qua ita *B*. || 22. inita *B*. || *an* substruuntur? || 24. sibi *B*. || 25. sibi a *B*. || 28. effectum separabilis *B*. || rationibus *B*.

cutionibus declarat rationalium materiam, ita ut geometriam *B* 74
inesse artibus aut artes ex geometria esse intellegatur. si enim rationis incrementa tractamus arte, simplicibus ac planis solidisque adhibitam etiam ante nomen potestatem cognoscimus: quin et geometrica analogia aut armonica aut arithmetica, ut contraria aut quinta aut sexta et ceteros ordines, exercemus; ut non tantum artificiorum, uerum etiam omnium rerum qualitates probabiliter ostendat. sed quoniam tanta naturalium rerum magnitudo exercitatioris acuminis exigit curam, non facile geometria uulgari tangitur | opinione et ad intellectum sui nisi quos *B* 75
ad naturalem philosophiam prouehat admittit.

. . . . . .

Prius quam de transcendentia controuersiarum tractare incipiam, status earum exponendos existimo, *quoniam in priore* parte libri *sequentium rerum ordo absolute de his disputari inhibuit. reddendum itaque hic locum tam necessariis partibus | existimo.* *B* 59 *B* 60

Omne genus controuersiarum ex quadam materiali uipertitione generatur. *constat* autem haec bipertitio *aut in fine aut in loco*; *non sine illa controuersia quae de positione terminorum praescribitur.* Quem admodum unum extra positum est, quo separato a cetero numero duo primum numerantur, in hoc quoque numero controuersiarum de positione terminorum ad unius omnino condicionem respicit, et quamuis sit origo quaedam litium, mi-

1. declarationalium *B.* ‖ geometria in eos se artibus aut arte *B.* ‖ 2. intellegat *B.* ‖ 3. arte *Rudorffius,* aete *B.* ‖ 4. adhibita etiam nomen potestate *B.* ‖ 5. quin et] quam ut *B.* ‖ armoniaca aut aremnetica aut *B.* ‖ 9. tantuma *B.* ‖ 10. exercitatiores commune (acumen *corr*) in his exigit B. ‖ 11. tegitur opinionem *B. correxit Rudorffius.* ‖ nisi quod *B.* ‖ 12. probeat admitti *B.* ‖ 15. incipitaliistatus earum exponendus *B.* ‖ 16. priorem partem *B.* ‖ 24. numeratur *B.* ‖ 25. omnino] nomine *B.*

B nime tamen adiungi materialibus controuersiis uidetur
B 61 posse, quoniam singulariter omnium litium | anticipalis existit, et si quaerella eius ad solum descendit, desinit controuersia esse de positione terminorum: finis enim incipit esse aut loci. ergo legitimi materiales status controuersiarum hii duo uidentur exstare, de fine aut de loco: reliquae controuersiae, quaecumque sunt, ex hac materia oriuntur, et aut ordine mensurarum aut partibus iuris ad status generales priuatos reuocantur. *namque in ordine controuersiarum haec quoque materia litis locum suum optinet.*

De fine subtilior exigitur disputatio, quae a rigore nullo modo distat nisi specie. De quibus est diligentius
B 62 | disputandum: quotiens enim de fine aut de rigore dicimus, non pusilla quaestio oritur, unam pluresue lineas sentiamus; ne *praeterea lex Mamilia fini latitudinem praescribat. de qua lege iuris periti adhuc habent quaestionem, neque antiqui sermonis sensus proprie explicare possunt, quini pedes latitudinis dati sint, an in tantum quinque.* uidetur tamen his, quinque pedum esse latitudinem ita *ut dupondium et semissem una quaeque pars agri finem pertinere patiatur.*

Ergo si corpus habet finis, aliter sentire debemus
B 63 ac si singularem tantum lineam intueamur. | in omni enim genere disterminationis, cui uel singularis linea interueniat et ex uno duas diuidat partes, ipsius mediae lineae secutus singularem habet contemplationem, sed efficit duas partes horum locorum diuisorum, et si proprius sentire

2. uitium *B*. || 3. desint controuersiæ De *B*. || 5. locus *B*. || materialis *B*. || 6. existare *B*. || 8. et aut] aut *in litura corr B*. || ordinem *B*. || 9. generalis priuatus reuocatur *B*. || 14. non plus illa *B. correxit Huschkius*. || una *B*. || 19. uidentur *B*. || 22. finis *Goesius:* fines *B*. || 23. ac si] ut *B*. || linea *B*. || 24. cui] qui *B*. || 25. duab. *B*. || 26. secutus] *fortasse* strictus. || singularum *B*. || 27. diuersorum *B. correxit Goesius*.

uelimus, triplex incipit esse contemplatio rei diuisae, ... *B*
uideuimus tamen an tota sit corporalis. nam quidquid terreni est diuisum, sequitur ut et omnino corporale esse constet. inter uersuras autem duas illud genus lineamenti quod mensura distrinxit, quom ex inferiore parte terreno finiatur, etiam si graciliter, in modum tamen | sulci, per *B* 64
supplementum aëris conspicitur. secundum rationem quorundam philosophorum aut geometrarum [non duplex] illud quoque quod aëre distinguitur corporale esse decernitur. nunc quem admodum . . . . . (*B*)

. . . . . .

Iniectiuus ergo status est generalis. nam siue de pos- *G* 35
sessione siue de fine controuersia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustaue inicitur. (*G*)

. 15

Falsa pro|positio est, cum controuersia alium habeat *B*
statum generalem et alio ad litem deducatur. uera propositio est cum per statum generalem controuersia ad litem deducitur. ex falso ergo in uerum transcendentia est, cum a quolibet alio statu ad generalem statum controuersia reuocatur. ex uero in falsum transcendit, cum relicto generali statu quolibet alio statu controuersia instruitur.

Ex non stante propositione in stantem *transcendunt controuersiae, quotiens | loci de quo agitur specialia ar-* *B* 65

1. diuersae *B*. *addendum* non duplex *e proximis, ubi uncinaui.* 2. sint *B*. || 3. omnino *Huschkius:* animo *B*. || 5. quod uersura distinxit *Huschkius*. || quom] quam *B*. || 7. suplimentum heres *B*. || 8. philosoporum aut geametrarum *B*. || 9. quod heres distinguit *B*. || 13. per hoc] *id est per ius ordinarium*. || 14. iniustaque *G*. 16. Falsa pro *non habet B*. || 18. cum praestat generalem controuersiam *B*. || 21. 22. reuocatur . . . controuersia *in margine corr B*. || 21. cum] fit ut *B*. || 22. generalis status *B*. || 23. istruitur *pr B*. || 24. in testante transcidunt *B*.

gumenta nulla existunt, neque ullum finitimae similitudinis monumentum, sed tantum aboliti finis quaerella exponitur, et excipiens extantium argumentorum quadam expositione defenditur. nam nec uno genere, sed *et si proximitas aliqua naturalis fuit, quae similitudinem finis adferre possit,* in illam quoque uelut extantium argumentorum oportunitas aptatur. ex re stante in non stantem fit transcendentia, cum *certus agrorum finis, qui aut loci natura aut terminorum distinctione firmatus est, relin-*
B 66 *quitur et per uanas demonstrationes con|trouersiae includitur. hoc modo controuersiae plerumque ab ambitiosis possessoribus proximis mouentur.* euenit autem ut eius modi demonstrationes, si ratione deficiantur, interibiles fiant; si contra pro ueris habeantur, ut interibilis inprudentia iudicantium fiat uidelicet finitio.

A quocumque autem controuersiae de agris mouentur, effectus habent aut coniunctiuus aut deiunctibus aut spectibus aut exposcit aut subiectiuus aut reciperat. coniunctiuus est effectus, *quotiens consentientibus angulis exploratus agrorum finis ad modum rationis accipit de-*
B 67 *ter|minationem inlaeso utriusque agri solo: quod genus finitionis plerique inter se conuenientes potius quam iudices sortiti factum consignare malunt.* disiunctibus est effectus, *cum determinatio alterius partis solum desecat et ita qualitatem agri diuersam dissimili solo applicat, ut plerumque aut ex prato siluae aliquid adiungatur aut ex silua fine distincto adplicetur ad pratum, et similiter per alias agrorum qualitates.* spectiuus est effectus, *cum est demonstratio finitimis argumentis ex maxima parte fundata, ita*

7. aptatur res extanti non stante fit *B*. || 13. demonstrationis si *B*. || defendatur interribilis fiant si natura pro *B*. *correxit Huschkius*. || 14. interribilis *B*. || 15. fiant *B*. || finitio] fine ut *B*.

ut et dubiis quoque locis aspectum praebeat finitionis. namque ani|mum non tantum ratione orationis intrauit, sed etiam *B* *B*68 contemplandi potestate confirmatur. | expositiuus est effectus *G*35 controuersiae, *quotiens finitimorum argumentorum caret demonstratione, et partium magis exigit narrationes, per quas exponendum sit quo rigore termini desint, aut persuadendum iudici, etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinem, quomodo sint reponendi.* subiectiuus effectus est controuersiae, cum relinquitur status generalis et alio quolibet statu controuersia defenditur. recipera- tiuus est effectus | controuersiae, *quotiens a trifinia aut* *B* *B*69 *quadrifinia aut ex quolibet alio finis loco in excipientem terminum rectura dirigitur et per incessum definitionis loca quaedam alteri fundo adquirit. aut quotiens solum aufert et eius loco reddit | utrique fundo,* effectus quasi (*G*) reciperatiuus existit.

Per hos effectus omnium controuersiarum status inuicem habent transcendentias aut necessarias aut queuntes aut nequeuntes, saepe interibiles. cum enim status generalis | adsumptiuus primae controuersiae, quae est de po- *G*35 sitione terminorum, in rigorem | aut in finem transcendit, *B*70 | est quidem necessarius causa argumentorum, sed in illo (*G*) genere controuersiae nequiens habetur: ad si uere de fine agatur et omnino terminatus distinctio ei desit, manifeste transcendentia eius non tantum nequiens sed interibilis apparet. eadem ratione in ceteris controuersiis haec transcendentia efficitur, ut aut non necessaria aut nequiens aut

1. namquae *B*. || 3. confirmat *B*. || effectus *B*, status *G*. *ita semper.* || 11. controuersiae *om G*. || 15. quasi *Huschkius:* quosse *B*. || 18. transcendentia *B*. || aut quae euntes aut neq. euntes saepe interrebilis *B*. || 20. quae] qui *B*, status est qui *G*. || 22. est] et *B*. || 23. nequeenim *B*. || uero *B*. || 24. terminus *B*. || 25. neq. his sed interribilis *B*. || 26. haec] habet *B*. || 27. adfigitur *B*. || necessaria aut neque interribilis *B*.

*BG*35 interibilis appareat. cum secunda | controuersia de rigore, initialis status pertinentis ad materiam, transcendit in controuersiam quae est loco tertio de fine, status materialis,
*B*71. (*G*) speciem non con|dicionem mutat neque materia efficit. | secunda controuersia de rigore, status initialis, quom transcendit in controuersiam quae est de loco materialis, transcendentia eius non necessaria efficitur. secunda . . . . . controuersiam quae est loco quinto de modo, status ef-
(*B*) fectiui, transcendunt, ...
. . . . . .
G 35. 36 Materialis status est ex quo omnes controuersiae | incipiunt, de loco dum taxat. nam transcendentiam non habet de hoc effectiuus, sed dum consummatus fuerit nascitur. nam effectiuus est cum de loco litigatur [et idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt].

. . . . . .

De positione terminorum . . . . . .

*G*21 *Cum ergo possessor inuenerit terminum in possessione sua aliter formatum aut aliter positum quam ceteri qui in ea possessione sunt, aut non inscriptum ut adsolet, agit de eo, in qua sit positus ratione, seu ipse trifinium faciat siue ab alio lineam procedentem excipiat: dumque uicinus possessor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utrosque controuersia agitatur.*

Solent enim hae controuersiae de conportionalibus nasci terminibus. nam *si de eorum latere linea quasi ex artificis manu composita uideatur exire atque in unius termini angulum inpingere qui in limite est positus,* in

1. cum *om B.* ‖ |Initialis controuersiae status de rigore pertinens ad materiam *G.* ‖ 2. descendit *B.* ‖ 4. speciem *om G.* ‖ neque materialis efficitur *Rudorffius ex p.* 66,1 ‖ 5. quam *B.* ‖ 6. controuersia qui est loco *B.* ‖ 7. non necesseest *B.* ‖ *puto deesse* tertia quarta cum in ‖ 12. *confer p.* 74,20. ‖ 14. idoneas uolunt exhibere aduocationis *B p.* 71 (*supra p.* 64,1).

istis [ut ait Frontinus] uelut stantium argumentorum oportunitas controuersialis aptatur. *hoc enim plerumque potest in limitibus inueniri. nam si ueteranus, filiis suis unam possessionem diuidens in tres aut quattuor portiones, terminos uoluit interesse, potuit quiddam tale | contingere, G24 ut ex multis quicumque respiceret angulum illius termini qui in maximo est limite constitutus. hos siquidem terminos, qui intra possessionum fines inueniuntur, comportionales appellauit antiquitas.* G

. 10

Videndum hoc diligenti cura. et circuiri agrum ante G24 omnia oportet, de quo intentio uertitur; ut redintegrato suis fundo limitibus per maximorum limitum rationem, tum de conportionalium terminorum positione, quos uice tabellarum antiqui intercidendis portiunculis inter filios 15 suos defigebant, integra ab artifice ratio proferatur. (G)

. . . . . .

secundum locorum naturam mouet causas. B43

Si uero in alio loco terminus translatus est usurpandi finis causa, numquam non utique locum desicauit: non 20 enim cito quisquam propter exiguam partem terminum mouet. erit in prouidentia mensoris secundum angulorum finitimorum positionem arbitrari, in quantum sit terminus | trans- B44 latus et qua ratione sit in locum suum restituendus.

Facillimum est inperitiam artificis aliusue retundere 25 non putantis rationem inesse ordinationi: nam et frequenter euenit ut inperitia mensorum audaciam possessoribus praebeat. numquam non concurrentium inter se finium anguli, non tantum recti, uerum etiam hebetes aut acuti, habent aliquam rationem; in quam, si non 30 dissimulemus, facile quod inperiti turbauerunt artificio restituemus.

1. *confer p.* 68,6. || uelud instantium *G.*

B Haec controuersia moti termini nullius in se aliae
B 45 controuersiae statum reci|pit: est enim anticipalis, et quasi commune quaedam litium, declarans aut loci aut modi futuram controuersiam.

De rigore controuersia est status initialis pertinentis ad materiam operis; nec sine prioris controuersiae comparatione. nam cum de rigore agatur, potest fieri ut ante motus sit terminus: ideoque haec secunda controuersia prioris quoque controuersiae capax apparet; quamquam et sine prioris controuersiae interuentu priuatim de rigore
B 46 controuersia suscitari possit: nec enim om|nibus locis agrorum, aut capientibus aut non capientibus, termini ponuntur.

Refert in quo agro agatur. si limitatus est, aut ordo limitis ordinati desideratur, aut subrunciui aut linearis aut interlectiui rigoris incessus. at si in agro arcifinio sit, qui nulla mensura continetur, sed finitur aut montibus aut uiis aut aquarum deuergiis aut notabilibus locorum naturis, aut arboribus quas finium causa agricolae relinquunt et ante missas appellant, aut fossis aut quodam
(*B*) *culture discrimine,*

. . . . . .

De fine . . . . . .

G 21 *Extremitas finitima linea est quae interuenit aut per iter publicum, quod transcendi non potest secundum legem colonicam, quia omnis limes itineri publico seruire debet, aut per limites siue terminos aliaue signa quibus territoria finiuntur, aut ubi in soluto loca remanserunt. haec autem sunt loca quae in soluto dicuntur, quae aut in saxuosis et sterelibus locis sunt aut in paludibus, ubi*

1. nullus *B*. || 3. commune] commotio, *puto, uel* comminatio. || 4. futura controuersia *B*. || 5. initiales *B*. || 6. materia *B*. || 8. controuersiam *B*. || 10. interuentum *B*.

nulla potuit exerceri cultura; quae, dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limitum regulis obligari. propterea et soluta loca uocata sunt. (G)

. . . . . .

Nam plerumque uia, dum cum limite currit, etiam si uicinalis est aut lignaria aut priuata, finem prestat. regammante uero uia uel limite, dum a se utrimque discesserint, desinit uia finem prestare, et erit controuersia: sed inspectio artificis eam finiet. G34 G35 (G)

. 10

agetur. cum enim loci sit tanta iniquitas, | et aut praerupta aut abrupta, quae aut ruere aut minui possent, uetus consuetudo est terminos relatis pedibus in solido agro ponere. quamquam non erat necessarium, cum ipsa loci natura talis esset ut neque inferiorem uicinum admitteret in partem superiorem neque superiori descensum ullo modo praeberet. sed diligentes agricolae propter inpudentium uicinorum consuetudinem parum se tutos credunt, nisi ita fundauerint agros, ut etiam aliquid extra mensurarum ordinem faciant. B46. 47 15 20

In superciliis autem maioribus non defuerunt qui ita finem seruari | uellent, ut quatenus attingere unus quisque possessor posset, eatinus possideret. uidebimus an aliquam rationem sint secuti, cum sit totum supercilium superioris agri fundamentum, nec, si subruatur, possit sine iniuria superioris fieri. ideoque magis certior ratio illa uidetur, ut fundamento tenus in agro arcifinio possessio seruari debeat, | si termini desint. B48 25 G213

Frequenter inter se possessores propter loci difficultatem totum supercilium, quod angerentur ipso subiacente, inferioribus cesserunt, et contenti fuerunt terminos per summum iugum disponere, nullam secuti rationem. haec tamen si occurrunt, non quasi noua intueri debebimus. B49 30

Plurimis deinde locis terminos sacrificales non in

BG fine ponunt, sed ubi illud sacrificii potius oportunitas suadet, hoc est loci conmoditas, in quo sacrificium abuti conmode possint. hos terminos non statim finitimos obseruare debebimus, etiam si non longe a fine positi fuerint: frequenter enim uiae finiunt, iuxta quas arbores solent esse laetiores, sub quas defigere terminos sacrificii causa possessores consue|runt. uerum tamen multi non B 50 *tantum sacrificii secuntur consuetudinem, sed etiam rationem, et ipso fine defigunt: propter quod adimi fides* (B) *sacrificalibus palis in totum non debet.* (fig. 34.)

G 214 *Nam et locorum elationes et cliuia et colliculi finem faciunt.*

Termini autem si transuersi positi fuerint, gammam (G) *faciunt, sed non statim trifinium ostendunt.* (fig. 35.)

. . . . . .

De loco . . . . . .

B haberi ordinem legis Mamiliae excessum plurimum, praecipue in agris archifiniis, sed nec minus in adsignatis. cum enim modum loci nulla forma praescribit et con-
20 *trouersia oritur,* nullo alio statu ad litem deduci debet quam ut de loco agatur. *solent quidam per inprudentiam mensores arbitros conscribere aut sortiri iudices* B 51 *finium | regundorum causa, quando in re praesenti plus quidem quam de fini regundo agatur. sic fit ut post*
25 *sententia inrita sit, et rescindi possit quod aut iudex aut arbiter pronuntiauerint, neque ullum commissum faciat qui sententiam non sit secutus, quando de alia re iudicem aut arbitrum sumpserint.*

De loco, si possessio petenti firma est, etiam inter-
30 *dicere licet, dum cetera ex interdicto diligenter peragantur: magna enim alea est litem ad interdictum deducere, cuius est executio perplexissima. si uero posses-*

20. nulla alio statum *B.* ‖ 21. quam] quod *B.*

sio minus firma est, mutata formula | iure Quiritium peti B 52
debet proprietas loci; iudicari praeterea si locus de quo agitur aut terminis aut arboribus aut aliquo argumento finem aliquem agri declaret et a continuatione soli quasi quibusdam argumentis eximatur.

Ne praetereat nos, illut etiam tractare debemus, si arbores finitimas habet et locus est fere siluester, quo in genere est possessio minus firma, ne certetur interdicto. quod si silua cedua sit, post quintum annum parcissume repetatur. qui autem appellent arbores notatas, scire debemus idioma regionis. qui clau|catas uocant B 53
quas finis declarandi causa denotant, ut in Brittiis, alii in Piceno sitiagitat, in aliis regionibus insignes aut notas.

Si uero pascua sit et dumi ac loca pene solitudine derelicta, multo minorem possessionis habent fidem. propter quod minime de his locis ad interdictum iri debet.

De quibus autem locis ad interdictum iri potest, sunt fere culta, quae possessionem brebioris temporis testimonio adipiscuntur, ut arba aut bineae aut prata aut aliut aliquod genus culturae. haec tamen cum in demonstratione allegabuntur, etiam si partes quaedam proximae | et interiacentes culture fuerint propriae, non erit B 54
satis illas sui generis agro adsignare, sed circuire oportebit totum fundum et ita fidem obligare, ne demonstratione neglegenter soluta appareat.

De modo controuersia est status effectiui: ante enim locus est ibi quam modus nominetur: aeque recipiens ante dictarum controuersiarum omnes status, sed, ut superius significaui, irritos et non necessarios.

Haec controuersia *frequenter in agris adsignatis exercetur: agitur enim ut secundum acceptam eius ueterani*

26. est *om B.* || 27. aeque] *malim* eaque. || 28. superius] *p.* 70,8. 366. || 29. irritus *B.* || necessarius *B.*

qui in illud solum deductus est, modus restituatur; | *aut si quando praescribtus est lege aliqua agri modus.* B55

Quom autem in adsignato agro secundum formam modus spectetur, solet tempus inspici et agri cultura. si iam excessit memoria abalienationis, solet iuris formula [*non silenter*] *interuenire et inibere mensores, ne tales controuersias concipiant, neque quietem tam longae possessionis inrepere sinit. si et memoria sit recens, et iam modus secundum centuriam conueniat et loci natura indicetur et cultura, nihil inpediet secundum formas aestimatum petere: lex enim modum petiti definite prescribit, cum* B56 *ante quam* | *mensura agri agatur modus ex forma pronuntiatus cum loco conueniat. hoc in agris adsignatis euenit. nam si aliqua lege uenditionis exceptus sit modus, neque adhuc in mensuram redactus, non ideo fide carere debebit, si nostra demonstratio eius in agro non ante finiri potuerit quam de sententia locus sit designatus.*

. . . . . .

in hac controuersia, quod inter priuatos tractatur.

Nam inter res publicas non mediocriter eius modi controuersia solet exerceri, quam frequenter coloniae habent cum coloniis aut municipiis aut saltibus Caesaris B57 *aut priuatis.* | nam et supra dictae controuersiae omnes euenire et rebus publicis possunt. *nec enim refert, cuius sit solum aut cuius iuris, ad mouendam controuersiam: tunc autem habet differentiam, prout a iudice tractatur.*

Obseruari in hac controuersia a mensore debebit lineis, num in similitudine dissimile interueniat; quoniam nulla potest ueritas adprobari, si illi quid uel exiguum falsi interueniat. ueritas enim habere debet suam similitudinem per omnia momenta: falsum siquid est, multa

23. non et *B.* || 28. dum in similitudinem dissimile illorum ueniat *B.* || 29. qui uel *B.* || 30. enim] non *B.*

uarietate confunditur. *et habet aes, quoius formam respicit, cum modus in discrimine | est. ars triplici adtestatione firmatur: habere enim debet aes primo locum, deinde modum, deinde speciem. at si inter res publicas agatur aut rem publicam et Caesarem, instrumentis forte ueteribus continebitur, ut solet, adaeratio;* ne falsa ueris dissimilia sint, sed persuasione similia fiant, hoc est falsa pro ueris adprobentur. in conparatione tamen hoc inter est, quod falsa persuadendo adprobentur ueris, quae adprobatio in promptu est et quodam modo in prima acie fertur, falsis latentius uera adprouentur. ita fit si conparare quis uelit hominis probationem et | statuae. cum uiuentem hominem omnibus bibere et ambulare constet, siquis inquirere uelit anne uiuat, non potest illi non ab ipsis probationibus persuaderi, id est quod bibat, quod ambulet, quod loquatur: ad statuam .... multumque mens infringenda est, ut similitudo ueritatis animam habere uideatur, de cuius simulatione est profecta. *B* 58 *B* 59

. . . . . .

ad lucum Feroniae Augustinorum iugera M. *haec in discrimen si uenerunt, omnia supra dicta conuenienter habere debent, ut illa sint quae secundum formam proponuntur.... geminus in prouinciis modus ab alio possidetur, ab alio ne quidem simplex. quem admodum autem fieri soleat, tractare non alienum iudico. potest enim fieri ut illa mille iugera secundum ordinationem mensoris a luco quidem incipiant, at in diuersa regione. quod falsum manifesto apparet: sed in de|monstratione inpe-* *A* 163 *B* 1 *B* 2

8. pro ueris] prouaberis *B*. || 9. quae] qua *B*. || 10. promptum *B*. || quod ad modo *B*. || aciae *B*. || 11. uera] hoc uero *B*. || fit] ut *B*. || 12. homines *B*. || 12. statuam et cum autem hominum *B*. || uiuere *B*. alii constet siquis inquirere || 13. ambulare uelit *corr B*. || 14. annuebat *B*. || 15. ideo quo uibat *B*. || 16. adstantium (n *corr B*: at in statua diu *Huschkius*. || 17. infrigenda *B*. || animum *B*. || uideat *B*. || 18. perfecta *B*.

AB *ritis obscurissimum est dinoscere an secundum formam regio conueniat praesens, si ut aquae diffusae regiones pareant et argumentis aut arborum aut aliarum rerum careant; sicut in Africa, ubi spatiositas et inundatio camporum eius modi controuersias facillime in errorem deducit. quod si eadem mille iugera, in eodem sane loco quo forma indicat, cohibitis angulis [nihil deest] in re presenti minoribus lineamentis deformentur, ut modum*
B 3 *non expleant, sequitur falsum futurum, quando nihil amplius demonstrationi quam locus conueniat, et specie disconueniente, uelut* AD *pro* CA *scripta, modus item disconueniat. at si in eodem loco uelim eadem mille iugera aliis lineamentis describere, conuenient quidem mille iu-*
A 164 *gera, et ad lucum Feroniae | esse conueniet, sed specie disconueniente inter peritos manifeste falsum apparebit.*

Memineram et superius, ut aliquid uerum adprobari possit, minime ei quicquam falsi posse interuenire. nam et haec expositio declarat, quia, quamuis duae consen-
B 4 tiant | partes, ab una dissentiente uincantur, neque uerum esse possit, nisi illis quoque tertia pars illa consenserit. *conuenire autem omnino in restitutione formarum omnia debent, ut secundum signa in formis nominata locus quicumque erat restituatur, aut artificio signorum loca requirantur, si erint, ut frequenter euenit, turbata. ea docere nos angulorum positiones poterint. sic erit ut et artis sinceritas seruetur et ordo ueteris adsignationis non praetermittatur.*

B 5 De proprietate controuersia est status effectiui: efficitur enim ex omnibus ante dictis controuersiis. sed qua-

16. superius] *p.* 76,29. || 17. falsae possae *AB*. || 18. quia *addidi*. || 28. De (m̄n *add B*) proprietate (propietate *A*) mundi Controuersia *AB*. || statutus effecti^{bi} *A*.

rum status in hac propositione inriti habentur, dixi et supra. *AB*

De proprietate agitur plurimum iure ordinario, neque est hic mensurarum interuentus, nisi cum queritur quatenus agatur.

Proprietas non uno genere uindicatur. | (*AB*)

Nam ubi mons fuit proximus asper seu sterelis, super *G*27
quo fundi constitui nequiueruut, aut forte aquae inopia habitatio hominibus prorsus negata est, siluae tamen dum essent glandiferae, ne earum fructus perirent, diuiso monte particulatim datae sunt proprietates quaedam fundis in locis planis et uberibus constitutis, qui paruis fluminibus stringebantur. | *et sunt plerumque agri, ut in Campania* *AB*
in Suessano, culti, qui habent in monte Massico plagas siluarum determinatas: quarum siluarum proprietas | ad *A*165 *B*6
quos pertinere debeat iudicatur. *nam et formae antiquae declarant ita esse* | *adsignatum, quoniam solo culto ni-* (*G*)
hil fuit siluestre iunctum quod adsignaretur.

Relicta sunt et multa loca quae ueteranis data non sunt. haec uariis appellationibus per regiones nominantur: in Etruria communalia uocantur, quibusdam prouinciis pro indiuiso. | *haec fere pascua certis personis* *G*28
data sunt depascenda tunc cum agri adsignati sunt. haec pascua multi per irpotentiam inuaserunt | *et co-* *B*7
lunt: et de eorum proprietate solet ius ordinarium moueri, non sine interuentu mensurarum, quonium demonstrandum est quatenus sit adsignatus ager. (*G*)

Nam per emptiones quasdam solet proprietas quarundam possessionum ad priuatas personas pertinere. quae iure magis ordinario quam mensuris explicantur.

15. proprietates ad quos fundos *G.* ‖ 16. pertenere *A.* ‖ debeant *G.* ‖ uindicatur *AB*, discutiatur *G. conf. p.* 15,4: *inde enim petita haec Agennius inculcauit.*

AB *Nunc ut ad publicas personas respiciamus, coloniae*
G 28 *quoque* | *loca quaedam habent adsignata in alienis finibus, quae loca solemus praefecturas appellare.* harum
B 8 praefecturarum proprietas manifeste ad colonos pertinet,
5 non ad eos quorum fines sunt deminuti. *solent et priuilegia quaedam habere beneficio principum, ut longe* [*et*] *semotis locis saltus quosdam reditus causa acceperint.* quorum proprietas indubitate ad eos pertinet quibus est
(*AB*) adsignata. | *sunt et alie proprietates quae municipiis a prin-*
(*G*) *AB* *cipibus sunt concessae.* | alia beneficia etiam quaedam
A 166 | municipia acceperunt, et priuatae personae, quae de principibus illis temporibus bene meruerunt.

In hac controuersia plus potestatis habet ius ordi-
B 9 narium quam ars mensoria. ab eo enim statu lis | inci-
15 pit, ut de proprietate agatur, non de loco: mensura autem nihil amplius quam secundum formam locum declarat. in hac autem controuersia ars mensurarum locum secundum habet, quoniam prius alii uacandum est an agenda sit mensura. (fig. 36.)

20 *De possessione* controuersia est status effectiui, quoniam primum possessio tempore efficitur, deinde, ut ad solum respiciamus, omnes ante dictas controuersias
A 167 capit: si enim solum cogitemus, ut legitima | possessio
B 10 inpleri possit, indubitate | locus definiatur necesse est. et
25 de hac controuersia *plurimum interdicti formula litiga-*

4. propriaetas *A*, proprietates *G.* ‖ pertinent *G.* ‖ 5. diminuti *G.* ‖ 8. quae proprietas ad eos quibus data est indubitate pertinet *G.* ‖ indubite *A*, indubitae *B.* ‖ 11. acciperunt et priuate *A.* ‖ 14. quam ors *A.* ‖ statuit lis *supra scripta A, addit corr B.* ‖ incipiat *A.* ‖ 15. ut *om AB.* ‖ 18. alii *in A deletum pr aut certe antiquissima manu.* ‖ an] quam *Goesius.* ‖ eganda *A.* ‖ 20. de mn. possessione *B.* ‖ status *om AB.* ‖ effectui *AB.* ‖ 23. capti *B et pr A.* ‖ si enim *bis A.* ‖ 24. expleri *corr B.* ‖ indubitae *AB.*

tur. de qua et in superiore parte meminimus: ideoque non puto eam iterum retractandam. (fig. 37.) *AB*

De subsiciuis controuersia est status effectiui, quoniam subsiciua nominari aut sentiri sine quadam loci latitudine aut modo non possunt. ideoque manifeste apparet supra dictarum controuersiaram status in . . . . . locum.

Subsiciuorum autem genera sunt duo; unum quod extremis adsignatorum | agrorum finibus centuriam non explet. aliut etiam integris centuriis interuenit. de quo *maximae controuersiae agitantur. cum enim adsignatio in agro adsignato fieret, non potuit omnis modus intra* IIII *limites ueteranis | adsignari.* in ea remansit aliquid, quod a subsecante linea nomen accepit subsiciuum. *in his subsiciuis quidam iterum miserunt quibus agri adsignarentur, quidam et subsiciua coloniis concesserunt. ideoque semper hoc genus controuer|siae a rebus publicis exercentur. per longum enim tempus attigui possessores uacantia loca quasi inuitante otiosi soli oportunitate inuaserunt et per longum tempus inpune commalleauerunt. horum subsiciuorum multae res p. etiam si sero mensuram repetierunt, non minimum aerario publico contulerunt. pecuniam etiam quarundam coloniarum imp. Vespasianus exegit, quae non haberent subsiciua concessa: non enim fieri poterat ut solum | illud quod nemini erat adsignatum, alterius esse posset quam qui poterat adsignare. non enim exiguum pecuniae fisco contulit uenditis subsiciuis. sed posquam legationum miseratione commotus est, quia quassabatur uniuersus Italiae possessor,* *A* 168 *B* 11 *B* 12 *B* 13

3. de. mn. subsiciuis. mn. controuersia *B*. controuersiast status *A*. || 4. latitudinem *AB*. || 5. manifeste *supra scriptum A et corr B*. || 7. *Haec ex libro primo Frontini sumpta sunt, p.* 6, 6. || 8. centuriarum *AB*. || 9. explit *A*. || 12. in ea *A*, in ae *B*. || 13. *conf. p.* 6, 5.

AB intermisit, non concessit. aeque et Titus imp. aliqua subsiciua in Italia recollegit. praestantissimus postea Domitianus ad hoc beneficium procurrit et uno edicto totius Italiae metum liberauit.

B 14 *Haec controuer|sia numquam a priuatis exercetur.* (fig. 38.)

A 169 *De allubione* controuersia est status effectibi: efficitur enim subinde et per tempora mutatur. *in hac controuersia plurimum sibi uindicat ius ordinarium. agitur enim de eo solo quod alluat flumen, et subtiles intro ducuntur questiones, an ad eum pertinere debeat cui in altera ripa recedente aqua solum creuit, an hic qui aliquid agri sui desiderat transire et possidere illud debeat quod flumen reliquid. nisi quod illud subtilissime pro-*
B 15 *fertur, | quod is solum amisit, non statim transire in alteram ripam, sed abductum esse et elotum. et illud, contra uicinum longe dissimilem agrum habere; quod hic forte cultum et pingue solum amiserit, aput illum autem harenae lapides et limum abluuio inuectum remanserit. illud praeterea, quod finem illis semper aqua*
A 170 *fecerit et nunc quoque | facere debeat.*

Sunt et multi casus de quibus subtiliter tractatur: sed nec uno tantum genere per alluuionem flumina pos-
B 16 *sessoribus iniurias faciunt. sicut | Padus relicto albeo suo per cuiuslibet fundum medium inrumpit et facit insulam inter nouum et ueterem alueum. ideo de hac re tractatur, ad quem pertinere debeat illud quod reliquerit; cum iniuriam proximus possessor non mediocrem patiatur, per cuius solum amnis publicus perfluat. nisi quod iuris periti aliter interpraetantur, et negant illud solum quod solum populi Romani coepit esse, ullo modo usu capi a quoquam, mortalium posse. et est uerissimum. ita*

7. mn. de allubione. mn. *B*.

neuter possessor excedere finem | illum ueteris aque ullo AB 71
iure potest aut debet. | hae quaestiones maxime in Gallia G 29
togata mouentur, quae multis contexta fluminibus inmodicas Alpium niues in mare transmittit et subitarum regelationum repentina inundatione patitur | iniurias. (G)

Quaeritur tamen qualia et quanta sint flumina in quibus alluuio obseruari debeat. nam et iure continetur nequis ripam suam in iniuriam uicini munire uelit.

Multa flumina et non mediocria in adsignationem mensurae antiquae ceciderunt: nam et | deductarum co- B 18
loniarum formae indicant; ut multis fluminibus nulla latitudo sit relicta. sequitur in his fluminibus artem mensoriam aliquem locum sibi uindicare, | quatenus acto li- (A)
mite accepta finiatur, qua uel aquam uel agrum uel utrumque habere debeat unus. fuit enim fortasse tunc 15
ratio non simplex, qua deberet quis quid deductorum etiam aquae accipere. primum quod exiguitas agrorum conditorem ita suadebat. deinde quod non erat ingratum possessori proximum esse aque commodo. tertio | quod, si sors ita tulerat, aequo animo ferendum ha- B 19
bebat. in his agris exigitur fere mensura secundum postulationem aeris formarumque: quo pertica cecidit, eatenus acceptae designantur.

Videbimus an inter mensores et iuris peritos esse de hoc quaestio debeat, cursum an perticam sequamur, 25
si qua usque potuit ueteranis est adsignatum. scio in Lusitania, finibus Emeritensium, non exiguum per meiam coloniae perticam ire flumen Anam, circa quod agri sunt adsignati qua usque | tunc solum utile uisum B 20
est. propter magnitudinem enim agrorum ueteranos circa 30
extremum fere finem uelut terminos disposuit, paucissimos circa coloniam et circa flumen Anam: reliquum ita remanserat, ut postea repleretur. nihilo minus et secunda et tertia postea facta est adsignatio: nec tamen agrorum modus di-

B uisione uinci potuit, sed superfuit inadsignatus. in his
G29 agris cum subsiciua requirerentur, | inpetrauerunt posses-
B21 sores a praeside prouinciae eius, ut aliquam latitu|dinem
(G) Anae flumini daret. | quoniam subsiciua quae quis oc-
cupauerat redimere cogebatur, iniquum iudicatum est ut
quisquam amnem publicum emeret aut sterilia quae allue-
bat: modus itaque flumini est constitutus. hoc exempli
G29 causa regerendum existimaui. | nam et in Italia Pisauro
flumini latitudo est adsignata eatenus qua usque alla-
(G) babat. | (fig. 39.)

De iure territorii controuersia est status iniectibi.
inicitur enim solo quaedam controuersia e persona: tum
B22 praecipue quid|quid est illud de quo agitur, aut locus
aut modus, generalem statum a iure ordinario trahit, etiam
si multis locis mensurarum exigat interuentum. haec enim
controuersia *non tantum inter res publicas sed et inter*
A171 | *rem p. et priuatos exercetur, nec tantum iure ordina-*
rio sed et arte mensoria conponitur.

Inter res p. autem controuersiae eius generis mo-
uentur, ut quaedam sui territorii iuris esse dicant, quam-
uis sint intra aliaenos fines, munificentiamque coloniae aut
B23 municipio ex his locis | deberi defendant. sed haec quae-
G30 dam coloniae aut beneficio conditorum perceperunt, | ut
Tudertini, aut postea aput principes egerunt, ut Fanes-
tres, ut incolae, etiam si essent alienigenae, qui intra
territorium colerent, omnibus honeribus fungi in colonia
(G) deberent. hoc Fanestres nuper inpetrauerunt, | Tudertini
autem beneficio habent conditoris.

Inter res p. et priuatos non facile tales in Italia
controuersiae mouentur, sed frequenter in prouinciis,
B24 praecipue in Afri|ca, ubi saltus non minores habent pri-

11. de mn. iure territorii. mn. controuersia *B.* ‖ 12. cum praecipuae quiquid *B.* ‖ 14. status iure *B.* ‖ 15. mensuram *pr B.*

uati quam res p. territoria: quin inmo multis saltus longe maiores sunt territoriis: habent autem in saltibus priuati non exiguum populum plebeium et uicos circa uillam in modum munitionum. tum res publicae controuersias de iure territorii solent mouere, quod aut indicere munera dicant oportere in ea parte soli, aut legere tironem ex uico, aut uecturas aut copias deuehendas indicere, aliquando et ex quadam parte soli; quamuis alium statum generalem | controuersiae | accipere debeant quae de loco non exiguo mouentur. res tamen publicae cum priuatis si agunt, quasi iure territorii solent uindicare, et hunc statum generalem constituunt. *eis locis quae loca res p. adserere conantur. eius modi lites non tantum cum priuatis hominibus habent, sed et plerumque cum Caesare, qui in prouincia non exiguum possidet.* AB *B* 25. *A* 172

Non est dubium necessarias esse mensuras in eius modi controuersia, quae quamuis alio nomine appellatur, locorum ta|men facit quaestionem. (fig.) *B* 26

De locis publicis controuersia est aeque status iniectiui. sunt autem loca publica complura, sed ex his quaedam loca priuatam exigunt defensionem: et quamuis haec loca diuersis appellationibus contineantur, | unam tamen habent controuersiae condicionem. *A* 173

Sunt autem loca publica haec quae inscribuntur ut SILVAE ET PASCVA PVBLICA AVGVSTINORVM. *haec uidentur nominibus data; quae etiam uendere possunt.*

Est alia inscriptio, quae diuersa significatione uidetur esse, in quo loco | inscribitur SILVA ET PASCVA *aut* FVNDVS SEPTICIANVS COLONIAE AVGVSTAE CONCORDIAE. *haec inscriptio* *B* 27

9. que *A*. || 10. exiguo *A*. || publicas *AB*. || 11. iuri *AB*. || 17. quae *om AB* || 18. locurum *A*. || 19. mn. controuersia *B*. || aequae *AB*. || 20. cumplura sed his quidam *A*. || 21. priuata *AB*. || 22. una *A*. || 23. controuersia *B*, controuersiam *A*. || condicionis *AB*.

AB uidetur ad personam coloniae ipsius pertinere neque ullo modo abalienari posse a re publica. item siquid in tute-
(AB) lam aut templorum publicornm aut balneorum adiungitur.
G32 Sunt siluae de quibus lignorum cremia in lauacra
publica ministranda caeduntur. sunt et loca publica quae in pascuis sunt relicta quibuscumque ad urbem uenientibus peregrinis.
AB Habent et res p. loca suburbana inopum funeribus destinata, quae loca cula culinas appellant. habent et loca noxiorum poenis destinata. ex his locis, cum sint suburbana, sine ulla religionis reuerentia solent priuati
B 28. (G) aliquid usurpare et hortis | suis adplicare. | de his locis,
(A) si r. p. formas habet, cum controuersia mota est, ad | modum mensor locum restituit: sin autem, utitur testi-
(B) moniis et quibuscumque potest argumentis. (fig.)
G32 Sunt autem loca publica coloniarum ubi prius fuere conciliabula et postea sunt in municipii ius relata. sunt et alia loca publica quae praefecturae appellantur.
G32 Multis modis loca publica dici possunt: sed dum diuersis condicionibus constringuntur, non possunt nisi sua suis locis incidere.

Nam et ubi uis aquae alueo Tiberis prominentem modo insulam fecit, locus est publicus, si siluae etiam sunt iuxta hunc alueum suis circum datae terminibus,
(G) quae communalia nominantur.

A 174 B De locis relictis et extra clusis controuersia est status iniectibi: manifestum est enim de loco agi, sed per aliam personam. *loca autem relicta et extra clusa non sunt nisi in finibus coloniarum, ubi adsignatio peruenit usque qua cultum fuit, quatenus ordinatione centuriarum*
B 29 intermissa | finitur. ultra autem siluestria fere fuerunt

21. incedere *G. correxit Turnebus.* || 26. extrac Controuersia *A*, extraclusis mn. controuersia *B*.

et iuga quaedam montium, quae uisa sunt finem colo- AB
niae non sine magno argumento facere posse. | *ergo fines* G33
coloniae inclusi sunt montibus. propter quod haec loca,
quod adsignata non sint, relicta appellantur; extra clusa,
quod extra limitum ordinationem sint et tamen fine
cludantur. haec plerumque proximi possessores inuadunt
et opportunitate loci inuitati agrum optinent. tum his
controuersiae a rebus publicis solent moueri. (fig.) (G)

De locis sacris et religiosis controuersia est aeque A175 B30
status iniectibi: agitur enim de locis, sed cum aut sacra
aut religiosa nominentur, statum generalem a iure ordi-
nario accipiunt. *primum* enim *quaeritur an ea loca ullo*
modo usu capi possint: deinde, quatenus possunt, secun-
dum locum habent mensurae.

Locorum autem sacrorum secundum legem populi R.
magna religio et custodia haberi debet: nihil enim ma-
gis in mandatis etiam legati prouinciarum accipere so-
lent, | *quam ut haec loca quae sacra sunt custodiantur.* B31
hoc facilius in prouinciis seruatur: in Italia autem den-
sitas possessorum multum inproue facit et lucos sacros
occupat, quorum solum indubitate p. R. est, etiam si in
finibus coloniarum aut municipiorum. de his solet quaes-
tio non exigua moueri inter r. p. et priuatos.

Sed et inter res publicas frequenter eius modi con-
tentio agitatur de his locis in quibus conuentus fiunt
maiores et aliquod genus uectigalis exigitur.

Nam et de aedibus sacris, | *quae constitutae sunt in* B32
agris, mutata tantum persona *similes* tamen *oriuntur quaes-*
tiones; sicut in Africa inter Adrumentinos et Tysdrita-
nos de aede Mineruae, de qua iam multis annis liti-
gant.

9. mn. controuersia *B.* ‖ est æque *A*, est et aeque *B.* ‖ 10. iniecu-
tibi *B.*

AB *Sunt et loca sacra quae re uera priuatis finibus rei*
p. coloni debent. haec plerumque interuentu longe obli-
*A*176 *uionis casu a priuatis optinentur,* | *quamquam in tabu-*
(*AB*) *G*33 *lariis forme eorum plurimae extent.* | *si enim loca sacra*
aedificabantur, quam maxime apud antiquos in confinio
constituebantur, ubi trium uel quattuor possessionum ter-
minatio conueniret. et unus quis possessor donabat cer-
tum modum sacro illi ex agro suo, et quantum donas-
set scripto sanciebat, ut per diem sollemnitatis eorum
priuatorum agri nullam molestiam inculcantis populi sus-
tinerent. sed et siquid spatiosius cedebatur, sacerdotibus
templi illius proficiebat. in Italia autem multi templo-
rum loca occupauerunt et serunt.

*G*34 *Nam lucos frequenter in trifinia et quadrifinia in-*
uenimus, sicut in suburbanis et circa publica itinera
(*G*) *AB* *constituta Moesilea* perspicimus. | *haec maxime aut in loco*
urbis aut suburbanis locis a priuatis detinentur. (fig. 40.)

*B*33 *De aqua plubia arcenda* c̄*controuersia* est | status in-
iectibi: per quodcumque enim solum transit, ad ius ordina-
rium magis respicit condicio eius quam ad mensuras; nisi
si per extremitatem finis uadat: propter quod statum ge-
neralem etiam alium accersire debet et quasi geminatione
quadam defendi, quod et per finem eat et sit lis de plu-
uia arcenda. haec controuersia *per regiones uariis gene-*
ribus exercetur, sed quasi ad eandem respicit condicio-
nem. *in Italia* [*aut quibusdam prouinciis*] *non exigua*
est iniuria, si in alienum agrum aquam inmittas; in
*B*34 *prouin*|*cia autem Africa, si transire non patiaris.*

*A*177 *Eiusdem* | *condicionis est controuersia de cloacis du-*

12. multi *et* 13. serunt] *hic omisi Christiana commentatoris.* ‖ 18. publia arcenda m̄n controuersia *B.* ‖ iniectitibi *pr B.* ‖ transitum *A.* ‖ 20. respicit *om A.* ‖ 22. et *om A.* ‖ 25. condicione *AB.*

cendis et fossis caecis. quod totum, nisi per finem aga- *AB*
tur, ad ius ordinarium pertinet. (fig. 41.) (*AB*)

Si aqua ex pluuia collecta riuum fecerit per longin- *G* 34
quitatem temporum, et ut solet fieri ripam ex utraque parte mediam secans erexerit, et hoc citra fines alterius; dumque riuus ille liti includitur, possessor uicini agri calumniose sibi uelit fines ad riuum usque defendere, non mediocris exinde controuersiae genus exoritur: sed hoc mensoris est peritia finiendum. (*G*)

De itineribus controuersia est status iniectibi: ini- *AB*
citur enim loco quaestio, et defenditur populo quod forte a priuatis possidetur. haec *quaestio multipliciter tractatur.*

Nam in agris centuriatis excipitur limitum latitudo causa itineris. sed cum illi recturas suas per qualiacumque loca extendant, hoc | est qua ratio dictauit, per *B* 35
cliuia et montuosa, qua iter nullo modo fieri potest, quae loca fortasse possessori siluae causa sint utilia, horum loco non inique, per quae possit loca commode iri, iter commutant.

Nam quae sit condicio itinerum, | non exigua iuris *A* 178
tractatio est. agitur enim utrumne actus sit an iter an ambitus. per quae loca quid liceat populo, iure continetur.

Satis, ut puto, dilucide genera controuersiarum exposui: nam et simplicius enarrare condiciones earum | existimaui, quo facilius ad intellectum peruenirent. *nunc* *B* 36
quem admodum singula et tractari debeant persequendum est. respicio enim quantum sit quod mensori iniungatur, et puto diligentius exequenda quae ad proui-

10. $\overline{\text{mn}}$. controuersia *B*. || est *supra scriptum A, om B*. || 11. defendetur *A*. || 25. *ex his ea quae Frontini sunt dedi emendatiora p.* 34. || 27. ad *supra scriptum A, om B*. || pertinerent *AB*.

AB *dentiam pertinent i nunc artificis. difficillimus autem locus hic est, quod mensori iudicandum est; sed nec mi-*
E 5 *nus ille exactus, quod est | aduocatio praestanda.* quamquam diuersa sint et longe inter se discernere debeant,
B 37 *prudentiam tamen eandem | artificis habere debent et qui iudicaturi sunt et qui aduocationis sunt praestituri. in iudicando autem mensorem bonum uirum et iustum agere debet, neque ulla ambitione aut sordibus moueri, seruare opinionem et arti et moribus.*

10 Omnis illi artifici ueritas custodienda est, exclusis illis similitudinibus quae falsae pro ueris subiciuntur. *quidam enim per imperitiam, quidam per inpudentiam peccant: totum autem hoc iudicandi officium et homi-*
B 38 *nem et artificem exigit egregium. erat aequissimum*
A 179 *et in aduocationem | eandem fidem exiberi* in controuersiam *a mensoribus. sed hoc possessores aequo animo ferre non possunt: nam cum his ueritas exposita est, aduersus sinceritatem artis facere cogant.* multa sunt in professione quae generaliter pro ueris offerantur, multa
20 que specialiter, quaedam que argumentaliter. coniecturaliter etiam mentiri artifices coguntur.

4. sit *E.* ‖ diiscernere *AB.* discerni *Huschkius.* ‖ 10. omnes enim artificis *E*, omni enim artifici *Boethius p.* 1540. ‖ exclusi sunt (sint) illi qui falsa pro ueris opponunt. *Boethius.* ‖ 15. exiberi in controuersiam a *AB*, in controuersia *E.* ‖ 18. sunt ergo in *Boethius.* ‖ 19. offerantur *AB*, subiciuntur *E*, adiciuntur per controuersiam *Boethius.* ‖ multa que specialiter *om E et Boethius.* ‖ 20. quaedam que *AB*, et quidem quae *E*, *om Boethius.* ‖ argumentaliter et *Boethius*, *om E.* ‖ 21. mentiri artifices *AB*, artifices metiri *E*, superflue metiri (mentiri) artifices *Boethius, qui post* coguntur *addit ex superioribus Frontini* sed totum hoc iudicandi hominem artificem oportebit. ‖ Ageni urbici $\overline{\text{lib}}$ $\overline{\text{exp}}$. (explicit *B*) *AB.*

BALBI AD CELSVM EXPOSITIO ET RATIO OMNIVM FORMARVM.

B 298 *G* 1
J 123

Notum est omnibus, Celse, penes te studiorum nostrorum manere summam, ideoque primum sedulitatis meae inpendium iudiciis tuis offerre proposui. nam cum sibi inter aequales quendam locum deposcat aemulatio, neminem magis conatibus nostris profuturum credidi quam qui inter eos in hac parte plurimum possit. itaque quo cultior in quorundam notitiam ueniat, omnia | tibi nota (*B*) perlaturus ad te primum liber iste festinet, apud te tirocinii rudimenta deponat, tecum conferat quidquid a me inter ipsas armorum exercitationes accipere potuit. et si meretur publica conuersatione sufferre uniuersorum oculos, a te potissimum incipiat: quod si illi parum diligentem adhibitam curam esse credideris et in aliqua cessasse uidebimur parte, non exiguum laboris mei consequar fructum, quod te monente malignorum lucri fecerim existi-

1. INC. (*om J*) LIB. BALBI . . . FORMARUM *BJ*, IULIUS FRONTINUS CELSO *GP*. *Florentinus nullum habet titulum, Mutinensis recentissimus* M. Iunii Nypsi de mensuris: *libri E prima pagina periit.* ‖ FORMARVM] *immo* mensurarum. *uide p.* 94,3. ‖ 3. paenes té *P*. ‖ nostrorum *GM*, notitia *B*, notitiam *JV*. ‖ 5. iudicio tuo *M*. ‖ nam consequi inter *M*. ‖ 6. querenda *V*. ‖ locum deposita aemulatione magis *M*. ‖ emulatio *B*. ‖ 7. magis *om V*. ‖ profutura *B*, profuturarum *V*. ‖ 8. qui inter eos *G*, inter eos qui *M*, qui *BJV*. ‖ possunt *M*. ‖ quod *BJ*. ‖ 9. cultior quorundam sit notitia apud te omnia perlaturus liber *M*. ‖ tibi *G*, tibique *V*, *om J*. ‖ 10. primus *V*. ‖ festinet *JV*, festinat ut *G*, festinat et *M*. ‖ 11. deponens tecum conferet *M*. ‖ quicquid *G*, *non P*. ‖ 12. ipsam armorum exercitationem *M*. ‖ et *JV*, Nam et *G*, nam *M*. ‖ 13. publicam conuersationem *MV*. ‖ ut sufferat *M*. ‖ 14. incipiet *V*. ‖ diligenter *M*. ‖ 15. et *JV*, Et si in paruo *G*, ut *M*. ‖ in aliquam cessare *M*. ‖ 16. uideamur *GM*. ‖ partem *M*. ‖ consequamur, *proximis* fructum . . . existimationem *omissis*, *V*. ‖ 17. existimatione *J*.

GJ mationem. quaeso itaque, si non est inprobum, habeat apud te quandam excusationem, quod non potuerit eo tempore consummari, quo genus hoc instrumenti feruentibus studiis nostris disparatum est. omnium enim, ut puto, liberalium studiorum ars ampla materia est; cui in hac modica re nequid deesset, ingenti animo admoueram uires. interuenit clara sacratissimi imperatoris nostri expeditio, quae me ab ipsa scribendi festinatione seduceret. nam dum armorum magis exerceor cura, totum hoc negotium uelut oblitus intermiseram, nec quicquam aliud *G2* quam belli gloriam | cogitabam. at postquam primum hosticam terram intrauimus, statim, Celse, Caesaris nostri opera mensurarum rationem exigere coeperunt. erant dandi interueniente certo itineris spatio duo rigores ordinati, quibus in tutelam commeandi ingens uallorum adsurgeret molis: hos inuento tuo operis decisa ad aciem parte ferramenti usus explicuit. nam quod ad synopsim pontium *J*124 pertinet, fluminum latitudines | dicere, etiam si hostis in-

1. si monere non est improbum *M.* || habeam *JMV.* || 2. quid *V.* || 3. consumari *J.* || quod *JV.* || instrumenti *om GM.* || feruentibus *et* nostris *om JV.* || 4. disputatum est *GM*, deseparatus sum *V*, deesse paratus sum *J.* || enim *om V.* || 5. 6. cui (*om V*) in hac modica est quidem (quid *V*) sed *JV*, cui nequid desit (*add* et *M*) in hac modica re *G et addito* siquid desit *M.* || 6. admoueram uires *GJV*, ueri *M.* || 7. interea uenit *JV*, iudicis custodiendum est *M.* || 8. quae *om M.* || ab *JV*, in *GM.* || seduceret *JV*, praepediit *GM.* || 9. exerceo curam *JV*, exerceor curis *G*, excreor curis *M.* || 10. quidquam *V.* || 11. primum *om V.* || 12. horticam *J.* || Celse] celsi *GM*, celestia *JV.* || Caesaris *om M.* || 13. operam *J.* || ratione *GV.* || exigente *V*, exercere *G.* || coeperit *V*, coepit *M*, coepi *G.* || 14. interueniendi *M.* || ordinati *om M.* || 15. tutellam *J.* || comeandi *G*, commendandi *M.* || ingens maiorum *M.* || asurgeret *V.* || 16. molis] *sic GJPV*, moles *M.* || hos inuento (inuentio *V*) tuo per operam ad aciem (per ampla daciem *J*) partem *JV*, mox interuentuo (interuentu *MP*) operis decisa parte *GM.* || 17. senopsi *V*, notitiam *GM.* || 18. pertinet et *GM.* || latitudinem *G.* || discernere *M.* || hosti *M*, hostis nos *Boethius* p. 1538.

festare uoluisset, ex proxima ripa poteramus. expugnan- *GJ*
dorum deinde montium altitudines ut sciremus, uenerabilis
diis ratio monstrabat. quam ego quasi in omnibus tem-
plis adoratam post magnarum rerum experimenta, quibus
interueni, religiosius colere coepi, et ad consummandum
hunc librum uelut ad uota reddenda properaui. postquam
ergo maximus imperator uictoria Daciam proxime resera-
uit, statim ut e septentrionali plaga annua uice transire
permisit, ego ad studium meum tamquam ad otium sum
reuersus, | et multa uelut scripta foliis et sparsa artis *E*[1,1]
ordini inlaturus recollegi. foedum enim mihi uidebatur,
si genera angulorum quot sint interrogatus responderem
'multa': ideoque rerum ad professionem nostram pertinen-
tium, in quantum potui occupatus, species qualitates con-
diciones modos et numeros excussi. per que satis ampla

1. uoluisset *om M.* ‖ eos ex *Boethius.* ‖ poterimus *M.* ‖ expugnando rumpere *Boethius.* ‖ 2. ut ... monstrabat] praeesse oratio monstrabat *Boethius p.* 1538. ‖ scirem hos uenerabiles diis oratio monstrabit quam *M*, scirem hanc mihi uenerabilis di rationem monstrabant quos *G.* ‖ 3. diis] *nonne* dea? ‖ quasi] quamuis *JV*, *om GM.* ‖ in omnibus *GM*, nominibus *JV.* ‖ temporibus *M.* ‖ 4. adorabam. At postquam magnorum deorum *G*, adorabam (anotabam *V*) posita magnarum re-rum *JV*, optabam. at postquam magnorum habitum *M.* ‖ experientia *M.* ‖ quibus interueni *om GM.* ‖ 5. relegiosius *J*, religiosis *V.* ‖ ex-colere coepit *M.* ‖ et *J*, *om GMV.* ‖ consumandum *JV.* ‖ 6. nunc *V.* ‖ uelud *V.* ‖ properauit *M.* ‖ 7. uictoriam *GM.* ‖ dacicam *GJM.* ‖ reseruauit *V*, reseruabit *J.* ‖ 8. ut e] et *JV*, ad *GM.* ‖ septentriona-lem *GM.* ‖ plagæ *JMV*, plagam *G.* ‖ annuam uicem *JMV*, *om G.* ‖ transigere *JV.* ‖ 9. *add* emendatus *ante* ego *J.* ‖ otium *GJM*, utrum *V.* ‖ 10. uelud *G.* uelut Sibyllae foliis exsparsa *Scriuerius.* folia *EM. huc usque quid Mutinensis haberet annotaui.* ‖ in ar-tis ordini laturus *GP*, in ordinem artis laturus *E.* ‖ 11. fidum *JV.* ‖ enim *om V.* ‖ 12. si *om EJV.* ‖ quod sint *JV*, quod si *EGP.* ‖ res-pondere *JV.* ‖ 13. multum *E.* ‖ 14. inquam potui *G*, *non P.* ‖ con-ditiones *EG.* ‖ 15. modus *J*, modum *EG.* ‖ numerum *EG.* ‖ excus-sum persequens satis *E.*

EGJ mediocritatis meae opinio seruabitur, si illa uir tantae auctoritatis studentibus profutura iudicaueris.

E(1,6) 1,17 Ergo nequid nos praeterisse uideamur, | omnium mensurarum appellationes conferamus. [nam mensura non tantum ista de qua loquimur appellatur, sed et quidquid pondere *G* aut capacitate | aut animo finitur mensuram eque quam longitudinem appellant.] quid ergo mensura sit de qua quaeritur, tractemus.

*R*27 Mensura est conplurium et inter se aequalium interuallorum longitudo finita, ut pes per unciam, per pedem decempeda, per decempedam actus, per passum sta(*G*) dium, per stadium miliarium, | et his similia.

Mensurarum appellationes quibus utimur sunt duodecim, digitus uncia palmus sextans pes cubitus gradus *G* passus decempeda actus stadium miliarium. | minima pars harum mensurarum est digitus: siquid enim infra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidiam aut tertiam. *R*29 uncia habet digitum unum et tertiam partem digiti. pal*J*125 mus habet digitos IIII, uncias III. sextans, que | eadem

1. illæ *V*. ‖ tanta auctoritatem *E*. ‖ 2. iudicaueris studentibus profutura *G*. ‖ iudicaueritis *E*. ‖ 3. uideamur *EGJV et Boethius p.* 1538. *malim* uideatur. ‖ omnium enim *E*. ‖ 4. nam mensurae notantur *E*. ‖ 5. ista *G*, ita et *JV*, ita ut *E*. ‖ appellatur *om J*. ‖ sed *om E*. ‖ quidquid *P*, quicquid *EGJ*. ‖ 6. animi *JV*. ‖ mensura *GJV*, *om E*. ‖ aequae longitùdinem mensura *E*. ‖ 7. appellant *GJ*, appellatur *E*, *om V*. ‖ 9. Mensura] *hanc definitionem Iulio Frontino adscribit Boethius p.* 1520. ‖ cumplurium *V*, quam plurimum *E*. ‖ et aequalium inter se *R*. ‖ 10. longitudo] mensura *E*. ‖ finitur. ut *E*, finita. Mensura est ut *G*. ‖ per uncias *GR*, *om E*. ‖ per pedum *R*. ‖ 11. per xpeda *GP*, *om JRV*. ‖ actus per *om R*. ‖ passus *G*. ‖ stadium per stadium *om JRV*, stadium *E*. ‖ 13. Mensuram *V*. ‖ 14. sextas *J*, sexta *E*. ‖ 15. passus *om E*. ‖ Maxima *E*. ‖ pars *post* mensurarum *G*. ‖ 16. earum *E*. ‖ infra *EJRV*, intra *G*. ‖ 18. uncia habet digitum unum et tertiam *Memmianus liber apud Rigaltium: om EGJRV*. ‖ digiti *om R*. ‖ 18 - *p.* 95,2 palmus ... digitos XII *ponunt post* digitos XVI *p.* 95,2 *GPR*29. ‖ 19. uncia *V*. ‖ Sextan *GP*, sexta *E*. ‖ quae tamen *E*.

dodrans appellatur, habet palmos III, uncias VIIII, digitos XII. pes habet palmos IIII, uncias XII, digitos XVI. in pede porrecto semipedes duo. in pede constrato semipedes IIII. in pede quadrato semipedes VIII. | cubitus habet sesqui- *EGJR* (*E*3 *GR*29)
pedem, sextantes duas, palmos VI, uncias XVIII. | gradus *G*76 *R*35
habet pedes duo semis. passus habet pedes quinque. de- 6
cempeda, quae eadem pertica appellatur, habet pedes X. actus habet longitudinis ped. CXX, latitudinis ped. CXX. stadium habet pedes DCXXV, passus CXXV. miliarium habet passus | mille, milia pedum V, stadios VIII. *G*77. (*GR*27. 35)

[Mensurae aguntur generibus duodecim. digitis. digitus est in pede pars XVI. unciis. uncia est in pede pars

1. dutrans *E*, dorans *J*. ‖ palmos tres *om JVR*27. ‖ uncias VIII. *V*. ‖ digitos *om E*. ‖ 2. XII] XV *R*29. ‖ pes ... XVI *om EJVR*27. ‖ in pede porrecto ... semipedes VIII *post* tertiam partem digiti *p*. 94, 18 *G*, Vnciae XI.IIII. digiti CCLVI. *E*. ‖ 4. semipedes (sempedes *V*) II. in palmo (II. palmi *JR*) IIII (III *R*) unciae XII. digiti XVI. in constrato (prostrato *JR*) semipedes (sempedes *V*) IIII. palmi VIII. unciae XXIIII. digiti XXXII. *JVR*27. ‖ 4. in p. q. s. VIII *om VR*27 (*sed uide infra p*. 97, 1.): *add* palmi. XL.IIII. Vnciae mille sexcentas. XXVIII. digiti IIII. milia LX.VI. qui habet *E*: *etiam add* istam mensuram (Haec omnis mensura *G*) agrorum (*om G*) diligentius (diligenter *G*) et fideliter exquirenda est (sunt *E*). ideoque monemus ut quisquis (ut unus quis *G*) suos fines teneat, non alienos lacessat (lacessit *E*). nam ideo limes agro positus est, litem ut (ut litem *G*) discerneret (discederet *E*) aruis. nam ante Iouem limites non parebant, qui diuiderent agros. uicinorum autem exempla sumite, unde (de quibus *G*) possitis (positis *G*) inculpabiles proferre sententias. nam ideo ager pedibus mensuratur ut ueritas declarentur *EGP*. *quibus GP subiciunt* EXPLICIT EPISTOLA AD CELSVM, *Florentinus* Explicit praefatio. ‖ 5. INCIPIUNT GENERA LINEAMENTORUM *G*. ‖ 6. duosemis *G*, II.*s*. *JVR*35, II. *R*27. ‖ 7. eamdem *V*. ‖ pedes *om R*27. ‖ 8. in longitudinem *JV*, in longitudine *R*27. ‖ latitudinis ped. CXX *om JR*27 *V*. ‖ 9. DCXXV *GJ*, CXXV *RV*, cd. XXV. XXV *R*35. ‖ miliarius *J*. ‖ 10. passus mille *GV*, passus ∞ *J*, passus. I. *R*35, I. passus *R*27. ‖ ∞ p. V *V*, pedes $\bar{v}$ *GJR*. ‖ stad. *V*, stadia *JR*. ‖ 11. *conf. Boethius p*. 1520. ‖ Digitus. digitus *J*. ‖ 12. uncias. s. uncia *V*, uncia. uncia *J*.

J XII. palmis. palmus IIII. sextantibus. sextans, quae eadem dodrans appellatur, habet uncias VIII, digitos XII. pedibus. pes palmos IIII. cubitis. cubitus pedem semis. gradibus. gradus habet pedes II*s*. passibus. passus habet pedes V. decempedis. decempeda pedes X. actibus. actus habet pedes CXX. stadiis. stadium habet pedes DCXXV. miliariis. miliarium habet p. $\overline{\text{V}}$.

Pes prostratus sic obseruabitur. ducis longitudinem per latitudinem: facit embadon.

Pes quadratus sic obseruabitur. longitudinem per latitudinem metiemur, deinde per crassitudinem: et sic efficit pedes solidos.

Pes quadratus concauus capit amforam trimodiam.

In centuria agri iugera CC, modii DC. in circuitu ped. $\overline{\text{VIIIID}}$C habet. in ea pedum $\overline{\text{IICCCC}}$ per $\overline{\text{IICCCC}}$, passus CCCCLXXX per CCCCLXXX, actus XX per XX, cubita ∞DC per ∞DC.

Pedes ut in cubitos redigamus, semper duco octies, et sumo partem XII: erunt cubita. cubita uero ut in pedes redigamus, semper duco duodecies, et sumo partem octauam: erunt pedes.]

*GJ*126 *R*35 Mensurae aguntur generibus tribus, per longitudinem

1. pal. s. Palmus III *V*, palmus. Palmus III *J*. ‖ sextas. Sextas quae *J*, Sextans s quae *V omisso* sextantibus. ‖ 2. uncias *V*, = *J*. ‖ pedibus *om V*, pes.*s*. *J*. ‖ 3. cubitus. s. cubitus *V et* s *omisso J*. ‖ 3.4. Gradus. gradus *J*. ‖ 4. passus. passus *J*. ‖ 5. decempeda. Decempeda *J*. ‖ actib. s. actus *V*, actus. Actus *J*. ‖ 6. stad. s. stadium *V*, stadium. Stadium *J*. ‖ miliar̄. s. miliarium *V*, miliarium Miliarius *J*. ‖ 7. pedes $\overline{\text{v}}$ *J*. ‖ 8. obseruatur *V*. ‖ cuius longitudo *JV*. ‖ 9-11. facit ... per latitudinem *om V*. ‖ 10. Pes prostratus *J*. ‖ 13. concabus *V*. ‖ anfora *V*, amphora *J*. ‖ trimodia *JV*. ‖ 14. modi *J*, mod. *V*. ‖ ped. VIIII.DC. *V*. ‖ 15. habet. in ea] Haec est linea *J*, hac linea *V*. ‖ $\overline{\text{IICCCC}}$ per ... per CCCCLXXX] $\overline{\text{II}}$.CCCC.LXXX per CCCLXXX *V*. ‖ 16. cubita *J*, cubit. *V*. ‖ 16. 17. per ∞DC. Pedes] ped. *J*, p. *V*. ‖ 17. cubita *J*, cubit. *V*. ‖ 18. parte *J*. ‖ erunt cubit. uero *V*, erunt cubita Cubita uel *J*. ‖ 19. parte octaua *J*.

et latitudinem et altitudinem. hoc est rectum planum so- *GJR*
lidum. (fig. 68.) rectum est cuius longitudinem sine latitudine metimur, ut lineas, porticus, stadia, miliaria, fluminum longitudines, et his similia. (fig. 69.) planum est quod Greci epipedon appellant, nos constratos pedes; in quo longitudinem et latitudinem habemus; per quae metimur agros, aedificiorum sola, ex quibus altitudo aut crassitudo non proponitur, ut opera tectoria, inauraturas, tabulas, et his similia. (fig. 70.) solidum est quod Graeci stereon appellant, nos quadratos pedes appellamus; cuius longitudinem et latitudinem et crassitudinem metimur, ut parietum structuras, pilarum pyramidum aut lapidum materias, et his similia. (fig. 71.) | *(GR)*

Omnis autem mensurarum obseruatio et oritur et de- *J* 127
sinit signo. signum est cuius pars nulla est. haec est om-

1. et *prius om R.* ‖ et altitudinem *J*, et crassitudinem *GR*, *om V.* ‖ solidum] *add* hi semipedes IIII. palm. XVIII. unc. C. XLIIII. Digit. CCLVI. in pede quadrato. semipedes VIII. palmi LXIIII. = ∞. CC. XLVIII. digiti IIII. XCVI. LXIIII. *V*, IIii semipedes IIII palmi XVIII. uncias CXLIIII. Digiti CCLVI. in pede quadrato semipedes VIII. palmi LXIIII. = ∞CCXXVIII. Digiti IIII XCVI. *J.* ‖ 3. metiemur *J.* ‖ lineas, perticas *Goesius*, *itaque R idemque p.* 27, lineae porticus *Boethius p.* 1520. ‖ et fluminum *R.* ‖ 4. latitudines *GR et Boethius.* ‖ 5. epipodon *J*, epipedum *V.* ‖ prostratos *JV.* ‖ 6. habemus *J*, habeamus *GRV.* ‖ per quem *J.* ‖ metiemur *J*, metiamur *V*, etiam *GR.* ‖ 7. aedificiorum areae absque tectoriis operibus et laquearibus ac tabulatis et his similibus *Boethius p.* 1520. ‖ 8. praeponitur *R.* ‖ inauratas *JR*, inaureatas *V.* ‖ statuas *R.* ‖ 9. quod stereon appellatur *V.* ‖ 10. pedes *om V.* ‖ 11. et *prius om JV.* ‖ latitudinem *om J.* ‖ 12. parietum structuram et pilam et lapides et maceriam itemque res cauas *R p.* 27. ‖ instructuras *JV.* ‖ pyramidumque, nec non etiam macerie lapidum *Boethius p.* 1521. ‖ aut lapidum *om JV.* ‖ macerias *G*, maceries *R*35. ‖ 14. desinunt *V.* ‖ 15. hoc est *J.*

J nium extremitatium finitima contemplatio. signum autem sine parte est initium, a quo omnia incipiunt.

Extremitas est quo usque uni cuique possidendi ius concessum est, aut quo usque quisque suum seruat. (fig. 72.) extremitatium genera sunt duo, unum quod per rigorem obseruatur, alterum quod per flexus. (fig. 73.) rigor est quidquid inter duo signa ueluti in modum lineae rectum perspicitur; per flexus, quidquid secundum locorum naturam curuatur, ut in agris archifiniis solet. decumanus est longitudo rationalis, itemque cardo, constitutis in unum
*G*78*R* | binis rigoribus, singulis spatio itineris interueniente. nam quidquid in agro mensorii operis causa ad finem rectum fuerit, rigor appellatur: quidquid ad horum imitationem in forma scribitur, linea appellatur. (fig. 74.)
*J*128 Linea est longitudo sine latitudine, lineae autem fines signa. ordinatae rectae lineae sunt quae in eadem plani-

1. extremitatum *V*. ‖ 2. suae partis *V*. ‖ est uinctum *JV*. ‖ 3. quod usque *JV*. ‖ 4. quod usque quaque qua suam seruat *V*, quod usque una quaeque res qualitatem suam seruat *J*. ‖ 5. Extremitatum *V et Boethius*. ‖ pro rigore *Boethius p.* 1517. ‖ 6. et aliud *Boethius* 23 *et* 28 *b*, et alterum *idem p.* 1517. ‖ rigoris est *Boethius* 23 *b*. ‖ 7. in duo *J*. ‖ ueluti *apud Boethium p.* 1517, uel *JV et Boethius b*, et *Boethii codex m*. ‖ directum *Boethius p.* 1517. ‖ 8. praespicitur *JV*, *et pars librorum Boethii*, prospicitur *p.* 1517. ‖ flexuosum *Boethius utrobique*. ‖ quicquid *Boethius*, quod qui *JV*. ‖ naturam locorum *Boethius b*. ‖ natura *J*. ‖ 9. curuantur *V*. ‖ ut *om J*. ‖ arcifinariis *V*. ‖ decimanus *J*. ‖ 10. item quod cardo *V*. ‖ constitui si omnem *JV*. ‖ 11. binis ... interueniente *V et J, qui tamen* singuli *habet:* Bini rigores [sunt quando *Boethius*] singulis spatiis interuenientibus (int. spac. *R*) per quibus (quos *R*) (interu. tendunt ut *Boethius*) itinera plerumque pergunt (peragunt *R*) *GR et Boethius p.* 1517. ‖ 12. quidquid *P*, quicquid *G*. ‖ in agris *V*. ‖ mensorii *R*, mensori *G*, mensoris *JV*, a mensore *Boethius*. ‖ operis *om JV*. ‖ causa *om RV*. ‖ aut finium *JV*. ‖ 13. ad eorum *R*. ‖ 14. in formam *JV*. ‖ scriber. *V*. ‖ 15. finis *P*, *om V*. ‖ 16. ordinata *GPR*, ordinant *JV*. ‖ rectae *om JV*. ‖ eadem *om Boethius* 28 *b*. ‖ planitiae *GJPR et Boethius*.

tia positae et eiectae in utramque partem in infinitum non *JR*
concurrunt. (fig. 75.)

Linearum genera sunt trea, rectum, circum ferens, flexuosum. (fig. 76.) recta linea est quae aequaliter suis signis rectis posita est; circum ferens, cuius incessus a conspectu signorum suorum distabit. (fig. 77.) flexuosa linea est multiformis, uelut aruorum aut iugorum aut fluminum; in quorum similitudinem et arcifiniorum agrorum extremitas finitur, et multarum rerum similiter, quae natura inaequali linea formata sunt. (fig. 78.)

Summitas est secundum geometricam appellationem *G*79
quae longitudinem | et latitudinem tantum modo habet, *J*129
summitatis fines lineae. (fig. 79.) plana summitas est quae aequaliter rectis lineis est posita. (fig. 80.) omnium autem summitatium metiundi obseruationes sunt duae, enormis

1. et eiectae *R*, electae *GP*, adiectae *JV*, flexae *Boethius*. ‖ utraque *JV et Boethius*. ‖ parte *J et Boethius*, *om V*. ‖ in *om GP*. ‖ in infinitum *om Boethius*. ‖ 3. treia *G*, trea *P*, tres *J*. ‖ 4. in suis *Boethius p.* 1516, *non p.* 28 *b*. ‖ 5. rectis *JV*, *om GR et Boethius utrobique*. ‖ incessu a *P*, incessum a *R*, ingressus a *JV*, incensura *Boethius* 28 *b*. ‖ 6. conspectum *G*, conspectum *P*, conspectus *Boethius*. ‖ distauit *G*. ‖ linea *om R*. ‖ 7. multis formis *Boethius* 28 *b*. ‖ uelut arborum aut (*om Boeth.*) signorum aut fluminum *GJRV et Boethius* 28 *b*, uelut arborum aut fluminum ceterorumque signorum *idem p.* 1517. ‖ 8. similitudine *GJR*. ‖ archifiniorum (archifinorum *V*) extremitas *JV et Boethius* 28 *b*, artissimorum agrorum extremitas *R*. ‖ 9. multarum rerum] multarum *GJV et Boethius* 28 *b*, multorum *R et Boethius p.* 1517. ‖ quae similiter inequali linea sunt formata naturaliter *Boeth. p.* 1617. ‖ 10. lineae *V*. ‖ finita *R*. ‖ 11. aperitionem *V*. ‖ 12. et altitudinem *Boeth.* 28 *b*. ‖ tantum modo (*om V*) habet *JV*, habet tantum modo *GR et Boethius* 28 *b*: *differt Boethius p.* 1517. ‖ 13. fines *GJR et Boethius p.* 1517, finis *PV et Boethius* 28 *b*. ‖ lineae *GJP et Boethius b*, lineae sunt *R et Boethius p.* 1517, linea est *V*. ‖ plana *JPRV*, plena *G*, *utrumque Boethius b*, plana uero *Boethius* 1517. ‖ 14. aequalem *V*. ‖ 15. summitatiim *G*, summitatum *JRV*. ‖ mentiundi *V*, in metiundo *Boethius*.

GJR et liquis; enormis, quae in omnem actum rectis angulis continetur; (fig. 81.) liquis, quae minuendi laboris causa et salua rectorum angulorum ratione secundum ipsam extremitatem subtenditur. (fig. 82.)

G 80 Genera angulorum rationalium sunt tria, rectum ebes acutum. haec habent species VIIII; rectarum linearum tres, rectarum et circumferentium tres, circumferentium tres.

J 130 Rectarum ergo | linearum species angulorum generis sui tres, recta ebes acuta. (fig. 83.) rectus angulus est euthygrammos, id est ex rectis lineis conprehensus, qui Latine normalis appellatur. (fig. 84.) quotiens autem recta super recta linea stans ex ordine angulos pares fecerit, et singuli anguli recti sunt, et stans perpendicularis eius lineae super quam insistit est. cuius sede si subtendens linea

1. enormis] inamis *J*, inames *V*. ‖ per omne latus rectis lineis *Boethius p.* 1517. ‖ 3. ratione angulorum *GR*. ‖ ipsa extremitate *G*, *non P*, ipsas extremitates *Boethius*. ‖ 5. rationabilium *R*. ‖ *5 et* 9. hebes *G*, *postea* ebes. *semper* ebes *P*, hebes *JRV*. ‖ 6. haec habet *JV*, et (haec autem) habent *Boethius p.* 1516 *et* 28 *b*. ‖ 6 - 8. Rectarum linearum tres. rectarum et flexuarum tres. rectarum et circumferentium linearum species angulorum *V*, rectarum linearum tres rectarum et circumferentium IIII linearum species angulorum *J*, rectarum linearum tres rectarum et circumferentium tres. ebes a circum (*uel* ebes arcum) ferentium linearum species angulorum tres *Boethius b. confer eundem p.* 1516. ‖ 8. generis sui *J*, sui generis *V*, *om GR*. ‖ 10. eutygrammus *J*, euthygramus *V*, ethygrammos *GR*, eotigrammus *Boethius* 28 *b*. ‖ ex *om Boethius p.* 1516. ‖ qui . . . appellatur *om V*. ‖ 11. latitudine *Boethius b*, a latinis *R*. ‖ rectam (rectam *P*, recta linea *R*), super rectam lineam *GR*. ‖ 12. stans *V et Boethius* 1516, trans *GJR et Boethius b*. ‖ ex ordine *JV*, ordinem *GR*, ordine *uel* ordinem *Boethius*. ‖ pares angulos *V*. ‖ et *GR*, ut *P et Boethius*, *om JV*. ‖ 13. sint *JPR et Boethius*. ‖ et instans *JV*, exstans *Boethius p.* 1516, et linea *Boethius b*. ‖ eius lineae . . . *p.* 101,1. perpendiculari *om Boethius b*. ‖ eius *GV*, esse ius *J*. ‖ 14. supra *J*. ‖ uertex est *Boethius p.* 1516. ‖ a cuius *Bachetus apud Rigaltium*. ‖ sedi *R*, side *JV*.

perpendiculari fuerit iniuncta, efficit triangulum recto an- *GJR*
gulo. (fig. 85.) ebes angulus est plus normalis, hoc est excedens recti anguli positionem, et qui, si triangulus secundum hanc positionem constitutus fuerit, perpendicularem extra finitimas lineas habeat. (fig. 86.) acutus angulus est conpressior recto; qui si a recta linea, quae sedis | loco fuerit, rectam lineam secundum suam inclinationem *R* 36 emiserit, similique cohibitione rectam lineam in occursum exceperit, efficiet triangulum qui perpendicularem intra tres lineas habebit. (fig. 87.) | rectus ergo angulus est *G* 31 *J* 131 normalis, ebes plus normalis, acutus minus normalis. (fig. 88.)

Rectarum linearum et circumferentium species angulorum generis sui tres, recta ebes acuta. (fig. 89.) quaecumque autem linea in dimensione medium secans circulum per punctum transiens ad circumferentem lineam pares alternos secundum suam speciem rectos angulos faciet. (fig. 90.) ebetes angulos faciet generis sui quaecumque ordinata dimensioni linea intra semicirculum, in eo tamen

1. perpendicularis *GJRV et Boethius b.* ‖ iniunta *V*, iuncta *Boethius.* ‖ efficiet *J et Boethius b.* ‖ triangula recta angulo *Boethius b.* ‖ 2. plus *om Boethius b.* ‖ 3. et qui . . . hanc positionem *om Boethius b.* ‖ et qui si] et quia si *G*, et quasi *JPRV*, quia et si *Boethius.* ‖ 4. per pendiculare *GR*, perpendicularis *Boethius b.* ‖ 5. habent *V*, habebit *GR et Boethius.* ‖ 6. sedes *GJ.* ‖ 8. cohibitionem *J.* ‖ in hoc (hac *V*) cursum *JV.* ‖ 9. excepit *V.* ‖ perpendicularem *post* lineas *R.* ‖ intra tres *GJR et Boethius p.* 1516, inter finitimas *V.* ‖ 10. Triplex est angulus. hebes et acutus. Rectus *V.* ‖ ergo *GR et Boethius p.* 1516, *om JV et Boethius b.* ‖ 11. normaliter, ebes angulus est plus normalis, acutus angulus *Boethius b.* ‖ 13. generis sui *post* tres *GR*, suut *V.* ‖ recta *om V.* ‖ hebes et *V.* ‖ quacumque *V.* ‖ 14. demensione *J*, dimensionem *G.* ‖ circulum *JV*, circum *GR.* ‖ 15. per iunctum *G.* ‖ transeat. ad *R*, transferat ad *G.* ‖ pares altero et *JV*, par est (parem *R*) altero *GR*, partes altero *P.* ‖ 16. speciem] *add* altrinsecus *R.* ‖ 17. facient *JV.* ‖ 18. dimensionum *V*, dimensione *GR*, demensione *J.* ‖ in *JV*, erit in *GR.* ‖ tantum *V.*

GJR spatio quod inter se et lineam quae per punctum semicirculi transiet interiacebit. (fig. 91.) quotiens intra semicirculum linea fuerit ordinata dimensionis lineae, acutos angulos faciet generis sui, quos in circumferentia cludet.
*J*132 (fig. 92.) | rectarum ergo et circumferentium linearum anguli rectus ebes acutus; rectus, quoniam recta linea quae per punctum ad circumferentiam peruenit, medium secat circulum et utraque parte pares angulos diuidit; ebes et acutus ideo quod ordinata dimensioni linea intra semicirculum inferiores facit angulos maiores: nam quos intra circumferentiam cludet, minores. (fig. 93).

G 82 Circumferentium linearum species angulorum generis sui tres, recta ebes acuta. (fig. 94.) quotiens ex uno duorum punctorum diastemate duo circuli pares exeunt, ad conexionem circumferentiarum interiores rectos angulos facient; (fig. 95.) ebetes exteriores, qui sunt sescontrarii rectis: acuti anguli sunt lunati, qui inter rectos et ebe-
*J*133 tes includuntur. (fig. 96.) | circumferentium linearum rectos angulos ideo quod si tres circuli pares inter se fuerint aequali diastemate conexi, intra scriptos angulos pares

1. quod *RV*, quae *J*, qui *G*. ‖ linea *J*. ‖ quae per *om V*. ‖ puctum *V*. ‖ 2. transisset *V*. ‖ infra semicirculum *GR*. ‖ 3. in ea fuerit *G*, fuerit linea *R*. ‖ dimensionis lineae *V*, demensionis linea *J*, dimensione *GR*. ‖ 4. angulos facient *JV*, faciet angulos *R*. ‖ claudet *R*. ‖ 5. anguli sunt *R*. ‖ 6. rectum ebes acutum. rectum *G*. ‖ rectam lineam *JV*. ‖ 7. S. circulum secat *V*. ‖ 8. parti *V*. ‖ ebes et acutus *addidi*. Ideo hebes *R*. ‖ 9. dimensionis *V*, demensionis *J*, dimensione a recta *GR*. ‖ lineae *J*. ‖ 11. circumferentia *J*, circum *V*. ‖ cludit *GR*. ‖ 13. ter *V*, *om R*. ‖ acuta] *add* hoc modo fiunt *R*. ‖ 14. diastema *G*. ‖ circuli pars *V*, pares circuli *GR*. ‖ 15. conexionem *P*, connexionem *GR*, cognitionem *JV*. ‖ angulos *om V*. ‖ 16. faciunt *GR*. ‖ Hebetis *V*. ‖ sunt qui *V*. sunt *om R*. ‖ recontrarii *JV*, contrarii *GR*. ‖ 17. angulis *J*. ‖ qui *JV*, hi *GR*, hii *P*. ‖ 18. rectus angulus *GR*. ‖ 19. pares fuerint inter se aquali (aeq. *PR*) *GR*. ‖ 20. connexi *JRV*. ‖ intra se *G*.

alternos habebunt, per quorum signa si rectae lineae intra scribantur, in partes quas circulorum conexio consumet medias diuident. ebetes angulos exteriores, quod sunt omnibus intra scriptis maiores. lunati autem acuti, quod exilissima tenuitate finiuntur. (fig. 97.) *GJR*

Rationalium linearum genera angulorum haec sunt. quibus si flexuosa linea iniungatur, faciet species angulorum secundum suam inaequalitatem complures: (fig. 98.) omnes tamen illae inaequalitates rationalibus lineis conprehendi et diuidi possunt. [flexuosa autem linea sicut elicis aut cornualis.] (fig. 99.) | nam flexuosa linea ad mensuram redigitur, quem admodum ipsius loci natura permittit, qua proxima est rectae lineae adque circumferenti | circulari, si terminibus arboribus notatis aut fossis aut uiis aut iugis montium et diuergiis aquarum fines obseruabuntur. (fig. 100.) *(GR)* $E_{31,19}$ J_{134}

Angulus autem omnis species capit duas, planam et solidam. (fig. 101.) planus angulus est in planitia duarum linearum adtingentium, sed et non in rectum positarum, alterius ad alteram inclinatio. (fig. 102.) solidus angulus est cuius planitiae altitudo adiungitur aut aequatur. (fig. 103.) G_{83} *R*

1. alternos] altero *GR*, alter altero *J*, altero altero *V*. || habebit *JV*. || intra *JV*, intra se *G et post* scribantur *R*. || 2. conexio *P*, connexio *GJRV*. || 3. medios *RV*. || quod] qui *R*. || 4. Luniati *R*, linatis *V*. || 6. Rationabilium *R*. || 8. complures *om GR*. || 9. illes *J*. || aut comprehendi aut *V*. || 10. sicut aeliciis (eliciis *P*, elicus *R*) aut cornualis *GR*, sicut dilicis aut cornualibus *J*, sic delicis *V*. || 12. natura ipsius, *omisso* loci, *E*. || 13. est *om V*. || adque *V*, atque *J*, quae *E*. || circunferente *J*, circumferentem *V*. || circulari si] circulari *JV*, singulari circulari *E*. || 14. terminibus ... 16. obseruabuntur] flexuosa linea quae proxima est rectae lineae *E*. || 17. planum et solidum *E*. || 18. est angulus *V*. || in planitiae *JR*. || duae lineae *V*. || 19. attingentium *EGR*. || sed non *GRV*, se et non *E*. || 20. ad alterum *E*, ad altera *J*. || inclinati *EG*, inclinat *J*. || nam solidus *GR*. || 21. planities *J*, planiciei *R*. || altitudo diungura ut aequatur *E*. || aequaliter *R*.

EGJR Forma est quae sub aliquo aut aliquibus finibus con-
(*E*31,27) tinetur. |

*E*31,10 *G*20 Formarum genera sunt quinque. unum quod ex flexuosa linea continetur. alterum quod ex flexuosa et rationalibus. tertium quod ex circumferentibus. quartum quod
(*G*83 *R*) ex circumferentibus et rectis. quintum quod ex rectis. | ho-
(*G*20) rum generum sunt species multitudinis infinitae. | (fig. 104.)

*J*135 Flexuosarum linearum formae species habent multas
(*E*31,17) in infinitum. |

Aeque multas ac uarias figuras habent formae, quotiens flexuosae lineae rationalis siue recta siue circularis linea interuenit. (fig. 105.)

*E*31,28 *G*83 *R* Circumferentium linearum formae aliquae sunt sine angulo, aliquae uno, aliquae duorum, aliquae trium, ali-
*E*32 quae quattuor, | et aliquae super hunc numerum singulis angulis accedentibus ut plurimum in infinitum. forma est sine angulo circuli unius pluriumue. circulus autem est plana forma ab una linea conprehensa, ad quam ab uno signo
*R*37 intra formam posito omnes accedentes rectae lineae sunt

1. sub aut aliquo aut *R.* || 3. quinque sunt genera *G p.* 20. || 4. rationabilibus *JR.* || 5. quartum quod ex circumf. *om ER.* || 6. et *om V.* || quintum] quartum *ER.* || quod *om V.* || rectis] *add* circumferentibus et flexuosa. Quintum quod ex solis et pluribus flexuosis *R.* || 7. generum *om G.* || multitudines *JV*, *om G.* || 8. Ex flexuosarum *E.* || forma et species habet *JV*, forma species habet *E.* || 9. in *om EJV.* || 10. Aeque (atque *J*, adque *V*) multas ... interuenit *JV*, *om E.* || habet forma. Quae quotiens *JV.* || 11. rationalis *J*, nālis *V.* || 12. inuenit *JV.* || 13. linearum aliquae (aliquando *V*) sunt *JV*, formarum aliquae (aliae *R*) sunt *GR*, formarum aliae sunt lineae *E.* || 14. aliquae uno *EJ*, aliquae (aliae *R*) unius *GR*, aliquando uno *V.* || 14. 15. aliae *R semper.* || 15. et *om GR.* || super] sub *E.* || 16. accidentibus *JV.* || ut plurimum *E*, in plurimum *JV*, usque *GR.* || in *om EJ.* || 17. plurimumue *E.* || autem *om V.* || est *om R.* || plana lineae forma *V.* || 18. ab *EJV*, sub *GR.* || ad quam] adque *V*, atq. *EGJR.* || 19. positae *EG*, *om JV.* || accidentes *JRV.* || sint *V.*

inter se pares. (fig. 106). ex pluribus circulis forma sine *EGJR*
angulo, ut harenae ex quattuor circulis; (fig. 107.) | ex *G84*
pluribus quam quinque, ut in opere picturarum aut architectura. (fig. 108.) forma anguli unius ex tribus circinis, ut in opere marmoreo. duorum | angulorum forma e duo- *J136*
bus circinis, (fig. 109.) trium angulorum ex tribus circinis, (fig. 110.) quattuor angulorum ex quattuor circinis, (fig. 111.) reliquae accedentibus singulis plurilaterae in infinitum. (fig. 112.)

Rectarum linearum et circumferentium [forma sine 10
angulo] duorum laterum totidemque angulorum forma est ex recta linea et circumferenti semicirculo. (fig. 113). [rectarum linearum et circumferentium formae sine angulo lateris unius, duorum angulorum ex duobus lateribus, trium angulorum ex tribus lateribus, quattuor ex quattuor, 15
reliquae singulis accedentibus plurilaterae.] (fig. 114.) | tri- *J137*
latera forma est trium laterum totidemque angulorum ex duabus rectis lineis et una circumferenti, (fig. 115.) uel ex

1. ex plurimis *E*. ‖ formae *E*. ‖ sine anguliue aurae ex *V*, sine angulo ut in hac re ex *E*, sine angulo ut arthenae ex *P*. ‖ 2. circulis] angulis *E*. ‖ quam quinque]. IIII. *E*. ‖ 3. epicturarum *J*, est picturarum *V*. ‖ aut arcitectura *G*, aut arcipictura *J*, *om E*. ‖ 5. ut . . . marmoreo *om GR*. ‖ forma e] formae *EGR*, forma *JV*. ‖ 6. trium ex *GRV*. ‖ 8. reliquae accidentibus singulis (*om V*) pluralitates (pluritates *J*) et infinitum *JV*, reliqua ea colentibus singulis in pluribus et infinitum *E*, reliqui (Reliquae *R*) ex multis in infinitum *GR*. ‖ 10. Rectarum . . . sine angulo *om EJV*. ‖ 11. duorum angulorum laterumque totidem forma *E*. ‖ forma . . . 12. semicirculo] ex duabus rectis lineis et una circumferenti uel ex duabus circumferentibus et una recta *R*. ‖ 12. circumferenti (circunferentiae *J*) aut semicirculis *JV*, circumferentibus circulis *E*. ‖ rectarum . . . 16. plurilaterae *om EGR*. ‖ 15. ex tribus lateribus quattuor *J et, qui addit* angulorum, *Memmianus apud Rigaltium, om V*. ‖ 16. accidentibus *JV*. ‖ plurilatere *J*, pluraliter æ *V*. ‖ 16. trilatera . . . *p*. 106, 3. et recta *om R*. ‖ 16. Trialatera *E*. ‖ 18 - *p*. 106, 3. ex duabus circunferentibus (circumferentis *V*) et una recta, ex duabus ergo rectis et una (una a *J*) circumferentibus *JV* ‖ 18. lineis rectis et in una *E*. ‖ uel *G*, et *E*.

EGJR duabus circumferentibus et una recta. ex duabus ergo rectis et una circumferenti (fig.). ex duabus circumferentibus
*G*85 et recta. (fig.) | quadrilatera forma est quattuor laterum totidemque angulorum ex quattuor lineis comprehensa, ut duabus rectis et duabus circumferentibus. (fig. 116.) plurilatera forma est quae plus quam quattuor lineis comprehensa est, ut quinque laterum totidemque angulorum
(*GR*) ex duabus rectis et tribus circumferentibus, (fig. 117.) | ex tribus rectis et duabus circumferentibus. et quaecumque huic formae accedentibus singulis angulis et late-
(*E*) ribus similis fuerit, plurilatera appellatur. (fig. 118.)

Planarum autem et rectis lineis comprehensarum aliae sunt trilaterae, aliae quadrilaterae, aliae singulis adiectis super hunc numerum plurilaterae in infinitum. trilatera forma est quae tribus rectis lineis continetur. trilaterarum formarum et ex rectis lineis comprehensarum species sunt quattuor. una qua rectus angulus continetur, et ef-
*J*138 ficit | triangulum recto angulo, quod Graeci orthogonion appellant. (fig. 119.)

. . . . . .

plurilatera forma est quae plus quam quattuor rectis lineis sub qualicumque specie continetur. . . . . .

. . . . . .

quinque, quam formam Graeci pentagonon appellant. (fig. 120.) amplioribus quoque formis apud Graecos nomina

1. ex duabus ergo . . . 3. et recta *E*, *om* *G*. ‖ 4. ex] et *E*. ‖ quattuor . . . ut *om* *GR*. ‖ comprehensae *V*. ‖ ut rectis et duabus *V*, aut duabus rectis *EJ*. ‖ 5. duabus circumferentibus et duabus rectis *GR*. ‖ 6. quae *om* *E*. ‖ comprehensa est *JV*, comprehensa *E*, continetur *GR*. ‖ 7. quinque *EGR*, duo *J*, duorum (*i. e.* II *pro* u) *V*. ‖ 8. ex tribus circumferentibus et duabus rectis *GR*, *om* *E*. ‖ 10. accidentibus *J*. ‖ angulis *om* *E*, *ante* singulis *V*. ‖ 11. similiter fuerint *E*. ‖ pluraliter *EJ*. ‖ 12. alia erunt trilatera *JV*. ‖ 13. alia *V*. ‖ quadrilatera *JV*. ‖ alia *V*. ‖ 14. plurilatere *J*, pluralitate *V*. ‖ in *om* *J*. ‖ 17. quae rectis angulis *JV*. ‖ 18. quid *V*. ‖ 24. pentagonen *V*.

ab angulis dantur, ut hexagono heptagono et super hunc numerum compluribus. has nos plurilateras appellamus adiecto angulorum numero, ut sex angulorum et septem. et quantumcumque super hunc numerum auxeris, eandem appellationem utamur. (fig. 121.) J

Alia species est formae per quam frequenter archifiniorum agrorum quadratura concluditur ex rectis angulis [ex] pluribus quam quinque, accedentibus super hunc numerum in quantacumque multitudine cogitaueris.

[Qualemcumque rectorum angulorum formam rectis lineis comprehendere.

Ex data recta linea ducere posito signo . . . . . relato in utramque partem circino, aequali punctorum diastemate (fig. 122.) | circulos scribere oportet, per quorum conexionem recta linea transeat factura normales in data linea angulos. (fig. 123.) sed quo in rectarum linearum forma circularis linea non interueniat rectis, a circumferentiarum parte chiasmi cuiusdam ratione utamur. (fig. 124.) J 139

Quod si ab eadem recta linea ducenda fuerit quae rectum angulum faciat, ex quolibet puncto qui per caput recta linea transeat rectam lineam eicere, per cuius signum quod est in circumferentem lineam a capite rectae lineae recta linea transeat factura in data linea rectum angulum.

1. ab *addidi*. || exagonon eptagonon *J*, hexagonum heptagonum *V*. || supra *V*. || 2. plurilatera *JV*. || 3. ut hexangulorum *V*, ut exangulorum *J*. || 4. et *J*, *om V*. || auxerit *JV*. || eadem appellatione (appellationum *V*) metiamur *JV*. || 6. Aliae species et formae *V*. || archifinorum *V*. || 7. concluderunt *V*. || 8. accidentibus *J*. || 9. in quantum cunque multitudinem *J*. || 10. forma *J*. || 13. lato *V*. || utraque *J*, utroque *V*. || parte *JV*. || circinio *V*. || 14. iunctorum *JV*. || circulus *J*. || 15. connexionem *V*, connexione *J*. || 16. normalis in recta *JV*. || angulus *J*. || sed quoniam rectarum *V*. || 17. interuenit *J*. || 18. parte chiasmis eiusdem rationis *J*, partem chiasinis eiusdem rationem *V*. || 21. iuncto *JV*. || 22. transceat *V*. || rectam lineam . . . 24. transeat *om V*.

J (fig. 125.) in hanc autem rationem subiata circumferentia
*J*140 chiasmis utendum est. | nam quod ad extremam lineae normationem pertinet, uulgaris consuetudinis est sex octo et decem: haec de qua supra disputauimus (fig. 126.) circuli ratio magis artificialis est, quae numeros non praefinit: habemus enim apud Eucliden, quocumque loco ad circumferentem lineam ex signis dimensionis duae lineae concurrerint, normam facturas.]

HYGINI.

. . . . . .

*G*18 Nam decumanum limitem traxerunt, *sicut Higenus describit,* ab occidente in orientem, cardinem uero a meridiano in septentrionem duxerunt.

. . . . . .

Nam et alibi limites facti sunt ab his qui solis ortum et occasum secuti sunt. quos fefellit ratio geometriae.
*G*19 *mihi tamen,* | *sicut Higenus constitui decreuit limites, ita* rationabile *uidetur,* ut decumanus maximus in orientem crescat et cardo maximus in meridianum.

. . . . . .

*G*24 Rigor *enim* naturalis *est.* qualiscumque enim rigor interuenit constituentibus limites, rarioribus locis terminos posuerunt. et seruari iubetur rigor, si inuentus fuerit de

2. chiasinis *V.* || 5. quā *V.* || 6. Euclidem *JV.* || 7. demensionis *J.* || 8. concurrunt *V.* || norma *V*, nonma *J.* || Explicit liber Frontonis primus *JV.* || 10. a meridianum in septentrione *G.* || 12. *immo* acti. || 15. decūmanus *G.* || 17. rigor naturalis *qui efficitur margine supercilii. ita in expositione terminorum p.* 184 *G* collis riguram, id est iugum.

triginta pedum altitudine, ut ne ab utro possessore tangatur: quod si plus de XXX pedibus patuerit, iam collis est. . . . . G
quod exigit ut superior possessor in planum usque descendat et sibi defendat omnem deuexum locum. hoc enim lex propter malignitatem inferioris possessoris instituit, ne aut arando aut fodiendo superioris possessoris terras inuaderet.

Termini quoque quibusdam locis positi sunt, ut ab uno ad unum dirigantur, per pedes a CCCXX et supra usque ad CCCCLXXX et infra hoc, silicei. nam Tiburtini distant a se in pedibus a CCXL et supra usque ad DCLX et infra. quod si spissiores non sunt, riparum cursus seruatur; harum tamen quae per multa milia pedum recturas separationesue agrorum ab initio suo | usque ad occur- G25
sum custodiunt. et ne eas ripas sequendas obseruarent quae intra corpus agri nascuntur et in suo latere decidunt, lex limitum eas praedamnauit. [ne id aliquando sequamini, quod maior potestas limitum recturarumue cursus non confirmat.] sed si conuentionis causa eas partes inter se custodiendas censuerunt, non recturae imputandum, sed concurrenti definitioni fides est adhibenda.

1. latitudine *G.* || utroque *G.* || 2. *fortasse* paruerit. || 3. *haec ad maiora supercilia pertinent, quae usque in planitiam a superiori uergunt, et quidem in agro arcifinio et si desint termini. uide Frontinum p. 42 et Siculum Flaccum p. 55 G.* || 9. possiti *G.* || 11. silicei *p. 92 A*, si licet *G.* || 13. riparum *p. 92 A*, riparum et rigorum *G.* || seruatur *E p. 5*, seruaruatur *A*, seruabunt *G.* || 15. separationes suae *G*, seperationissua *A.* || occansum *A*, occasum *G.* || 16. ripas aut rigores sequendos *G.* || sperarent *A*, sperares *E*, speres *Boethius 24 b.* || 17. desinunt *Huschkius.* || 18. sequamini] sectemini *Boethius 24 b. ita p. 126 B* pro terminis habebitis. || 19. cursus *om p. 92 A, item E et Boethius, qui habent* recturarum ripaeue. || 20. eas *E*, ea *G*, eo *A.* || 21. custodiendas *E*, constituendas *A*, conseruanda *G.* || 22. *addunt aliqua A p. 93 et E p. 5.*

. . . . . .

G 18 Strigatus ager est qui a septentrione in longitudinem in meridianum decurrit; scamnatus autem qui eo modo ab occidente in orientem crescit.

. . . . . .

G 17 *Etsi* centenis hominibus duocentena iugera data *legimus*, quorum propter numerum *sit* appellata centuria, *legimus* in quibusdam locis ab uno mille et trecenta iugera *fuisse possessa*.

. . . . . .

G 17 *Agrum, qui* dum in se ducenta et eo amplius iugera contineret, postea iussu principum intercisiuis limitibus est distributus, quinquagenis iugeribus, uel amplius, ut qualitas locorum inuenta est. quae intercisiones per trifinia et quadrifinia siue [interuenientium uel] interpositorum ratione signorum *cernuntur esse* dispositae.

. . . . . .

Modum subseciui, qui frequenter in extremitatibus assignatorum agrorum incidens mensurali linea *cernitur* conprehensus.

. . . . . .

G 21 *Hoc inuenitur* L et LX contineri iugeribus, et quamuis exigua parte minus fuerit *inuentum* dimidio centuriae, subseciuum dicitur. ita tamen si spatium maius fuerit, nomine centuriae non carebit. nam haec subseciua et concessa plerumque inueniuntur et reddita, aliqua assignata: nam et censum quedam pro suo modulo susceperunt. secundum illam uero maiorem assignationem subseciuum

2. in meridiano *G.* ‖ 3. crescet *G.* ‖ 9. est *om G.* ‖ 14. modum mensura conprehensum subseciui *G.* ‖ 15. mensura linea *G.* ‖ 18. minore *G.* ‖ dimidio] de modum *G.* ‖ 19. nom̄ *G.* ‖ 23. maiorem assignationem *mire dicit eam cuius lex in libro Coloniarum prouinciae Tusciae legitur p.* 85. 86 *A.*

maius centum iugeribus pro centuria est, subseciuum non minus L iugeribus pro dimidia centuria. *G*

. . . . . .

Sed uideamus ne forte postea iussu principis alicui datus sit, qui terram metiri denuo praeceperit, sicut Caesaris Augusti temporibus factum est. nam alia subseciua Vespasianus uendidit, alia autem quae remanserunt Domitianus donauit atque concessit. *G*22 (*G*)

. . . . . *B*91

Limites lege late patere .... debent secundum constitutionem eorum qui agros diuidi iusserint. non quia modus ullus ex mensura limitibus adscribitur: solum lex obseruari debet. maximus decimanus et cardo plus patere | debent, siue ped. XXX, siue ped. XV, siue ped. XII, siue *B*92 quot uolet cuius auctoritate fit. ceteri autem limites, qui subrunciui appellantur, patere debent ped. VIII.

In maximo autem decimano et cardine lapidem ponis, et inscribis DECVMANVS MAXIMVS et CARDO MAXIMVS. forma autem sic scribi debebit, DEXTRA DECVMANVM et SINISTRA, CITRA CARDINEM et VLTRA. lapides ne minus duodrantales poni oportet, altos ped. III. inscribi sic debent ut dextra decumanum .... D. D. I: quae pars ...., erit inscribtura sursum uersus ut ad septentrionem spectanti sit K. K. I. | similiter dextra decumanum ultra cardinem sic inscribis *B*93 ut D. D. I spectanti ad occidentem scribtura susum uersus sit: quae pars ad cardinem spectat u. k. I, sic inscribi debet ut inspectanti meridie scribtura sursum uersus sit VLTRA CARDINEM PRIMVM. sinistra autem d. I k. k. I sic

1. 2. centum iugera dictum est subseciuum minus L iugera nuncupatum *G. quae emendaui ex lege p.* 86 *A.* ‖ 6. uespassianus *G.* ‖ 8. INC. DE LIMITIB. HYGINI *B.* ‖ 9. legae latae paterae *B. fortasse* lege late patere iussi patere ‖ 10. eorum *add Rigaltius.* ‖ 14. quod *B.* ‖ 16. et cardine *add Goesius.* ‖ 19. circa *B.* ‖ 21. *adde* spectanti oriente scriptura sursum uersus sit ‖ *item adde* ad cardinem spectat ‖ inscribturae *B.* ‖ 22. specte^anti *B.* ‖ 23. inscribsit *B.* ‖ 24. ab occidente *B.* ‖ 26. 27. sit VLTRA] si citra *B.* ‖ 27. d. I] dd. I. *B.*

B inscribi debet sursum uersus ut spectanti oriente sit SINISTRA D. I: que autem pars ad cardinem spectat, sic inscribi debet ut septentrionem spectanti sit sursum uersus inscribtum C. K. I. ultra autem sic inscribi debet ut quae
B 94 pars ad decimanum | spectat, spectanti occidentem sursum uersus sit inscribtum S. D. I: quae pars ad cardinem spectat, sic inscribi debet ut meridie spectanti sit inscribtum ultra cardinem primum V. K. I.

Quintum quenque limitem diligenter agi oportet, et praecidere mensura cardinem, ut quadraturae diligenter cludi possint. lapidem autem in quintarios poni oportet, reliquos autem roboreos.

Solet de hac re esse disputatio, ut, si inscribatur D. M. [et K. M.], ille qui a maximo proximus est dicatur inscribi oportere siue DEXTRA siue SINISTRA D. siue PRIMVM siue
B 95 SECVNDVM. | quaestio ergo haec est, utrum qui proximus maximo est primus inscribi debeat an ultra primum. ultra primum autem inscribi debet ideo quod hic qui maximus dicitur et primus est. ita idem capit hic: qui ultra primum [autem] inscribitur, et secundus est et nouum usque ultra solum obseruare debet.

Sed quacumque parte inscribis, siue ultra siue citra, siue dextra siue sinistra, mensura territorii usque fieri debet secundum legem diui Augusti QVA FALX ET ARATER IERIT. in forma generatim enotari debebit LOCA CVLTA et INCVLTA,
B 96 | VILLAE.

1. debent *B*. || 1. 2. ut septentrio orientem sinistra undique autem pars a cardinem *B*, *omisso* spectat. || 3. spectanti sit] spectans sit totum *B*. || 6. sic inscribitur *B*. || ad] a *B*. || 10. praecedere *B*. || uersura *puto*. || 14. est *om B*. || 15. D.] dd. II. *B*. || 17. primus] secundus *B*. || an ultra primus *B*. || 20. secundum est et nonum quae ultra *B*. || 24. arater] *prius* r *rec in litura B*. || VILLAE] SILVAE, *nisi fallor*.

Mensura peracta sortes diuidi debent, et inscribi no- *B*
mina per decurias [per homines denos]; et in forma se-
cari denum hominum acceptae, ut quot singuli accipere
debent [decem] in unum coniungantur; et in sortem ins-
cribi SORS PRIMA, D. D. I ET SECVNDVM ET III ET IIII, CITRA
CARDINEM ILLVM, quo usque mensura expleri decem homi-
num debebit, id est in quot centuriis. similiter omnium
decuriarum nomina in sortibus inscribta sint, qua parte
quae aut cota sors modum habeat, utrum ultra et dextra,
utrum siuistra et ultra, aut citra; deinde ex decuriis, | ante *B* 97
quam sortes tollant, singulorum nomina in pittaciis et in
sorticulis. et ideo ipsi sortientur, ut sciant quis primo
aut coto cumque loco exeant. | igitur omnem sortem po- *G* 134
nere debent, in qua totius perticae modus adscribtus erit.
haec sortitio ideo necessaria est, nequis queri possit se
ante debuisse sortem tollere, et meliorem fortasse potuisse
incidere agri modum, aut sit dissertatio quis ante sortem
tollere debeat, cum omnes in aequo sint. (*BG*)

. . . . . .

Coloniae sunt quae ex eo nomine accipiuntur, quod *G* 30
Romani in eisdem ciuitatibus colonos miserunt.

. . . . . .

Coloniis, quae in remotiora loca et longe a mari po-
sitae uidebantur, ut numerus ciuium, quem multiplicare
diuus Augustus conabatur, haberet spatia in quae sub-
sistere potuisset.

1. sorte *B.* ‖ 2. sed in formas sectari *B.* ‖ 3. acceptas ut quod *B.* ‖ 5. PRIMA] prima I. *B.* ‖ secunda *B.* ‖ CITRA] et *B.* ‖ 7. quod centuri*i*s *B.* ‖ hominum *B.* ‖ 8. inscribtæ et qua *B.* ‖ 12. ideo] id *B.* ‖ 13. INCIPIT EIVSDEM (*id est* Hygeni) *G.* ‖ 14. pecuniae *BG.* ‖ 15. quaeri *G*, quaeri *B.* ‖ se *G*, re *B.* ‖ 16. et in *G.* ‖ potuisse *om G.* ‖ 22. incedere *G.* ‖ 17. discertatio *BG.* disceptatio *Turnebus.* ‖ 20. colones *G.* ‖ 23. spacia *G.*

. . . . . .

*G*18 *Assignatus est* coloniis siue municipiis, uni cuique possessioni modum secundum terrae qualitatem.

. . . . . .

*G*30 Assignatae sunt siluae, de quibus ligna in reparationem publicorum munerum traherentur. hoc genus agri tutelatum dicitur.

. . . . . .

*G*32 Nam et regione Reatina *itidem* sunt loca p. R.

. . . . . .

*G*19 Per terminos territoriales et limitum cursus et titulos, id est inscriptis lapidibus, plerumque fluminibus, nec non aris lapideis, claudi territorium atque diuidi ab alterius territorio ciuitatis.

. . . . . .

*G*30 Territorii *aeque* iuris controuersia agitatur quotiens propter exigenda tributa de possessione litigatur, cum dicat una pars in sui eam fine territorii constitutam, et altera e contrario similiter. quae res territorialibus est finienda terminibus. nam inuenimus saepe in publicis instrumentis
*G*31 | significanter inscripta territoria, ita ut EX COLLICVLO QVI APPELLATVR ILLE, AD FLVMEN ILLVD, ET SVPER FLVMEN ILLVD AD RIVVM ILLVM aut VIAM ILLAM, ET PER VIAM ILLAM AD INFIMA MONTIS ILLIVS, QVI LOCVS APPELLATVR ILLE, ET INDE PER IVGVM MONTIS ILLIVS IN SVMMVM, ET SVPER SVMMVM MONTIS PER DIVERGIA AQVAE AD LOCVM QVI APPELLATVR ILLE, ET INDE DEORSVM VERSVS AD LOCVM ILLVM, ET INDE AD COMPITVM ILLIVS, ET INDE PER MONVMENTVM ILLIVS AD locum unde primum coepit scriptura esse. saepe

3. 4. in reparatione publicorum moenium *G.* || 6. p̄ r̄ *P*, r p. *G. conf. Siculum Flaccum p.* 50 *G.* || 13. constituta *G.* || 14. quae res] quaeret. Haec autem controuersia *G.* || 15. *conf. Sic. Flaccum p.* 73 *G, ubi legitur* descripta. || 16. collegio *G. correxit Huschkius.* || 20. in summo et per summum *G.*

enim quorundam aut monumenta aut fossae aut quorun- G
dam sacellorum aut fontium, unde riui fluminaque incipiunt, obseruantur fines territoriorum.

. . . . . .

Hic et occupatorius ager dicitur eo quod occupatus G 17
est a uictore populo, territis exinde fugatisque hostibus.

. . . . . .

Quia non solum tantum occupabat unus quisque, quantum colere praesenti tempore poterat, sed quantum in spem colendi habuerat ambiebat. fines uero his signis | inter se diuidebant, fossis manu factis, arboribus ante G 18
missis, fluminum interuenientium cursu, iugis quoque montium [*quae ex eo nomine accipiuntur, quod continuatione ipsa iugantur*], superciliis, nec non itineribus, uel diuergiis aquae; quae aut loci natura aut sollers procurauit antiquitas.

. . . . . .

Quaestorii autem dicuntur agri quos populus Ro- *B* 101 *G* 134
manus deuictis pulsisque hostibus possedit, mandauitque
quaestoribus ut eos uenderent. quae centuriae nunc appellantur, id est plinthi|des, hoc est laterculi, eosdem in *B* 102
quinquagenis iugeribus quadratos cluserunt limitibus, atque ita certum cuique modum uendiderunt. quibus agris sunt
condiciones uti p. R. . . . .; quod etiam praestitutum ob-

1. *fortasse* aut quaedam sacella aut fontes. || 4. quod] *addit Agennius* in tempore, *ut pag.* 1,21. || 8. in spe *G.* || Finis *G.* || 10. cursus *G.* || 11. *uncis inclusa Agennius, quia non recte ceperat, inepte repetiit ex Hygino de controuersiis p.* 138 *B.* || 13. diuergiis aquae *Turnebus*, diuersis *G.* || 15. Quaestori *B.* || 16. depulsisque *B.* || possidet *B.* || 17. quaestoribus *G.* || nunc *G*, quae nunc *B.* || 18. id est *B*, *om G.* || pplinthides *B.* || hoc *B*, id *G.* || easdem *G. fortasse* eos denis actibus. || 19. quadratas clauserunt *G.* || limites *B* 20. agri *G.* || sunt conditiones *G*, *om B.* || 21. uti $\overline{pr}$ populus romanus *B*, uti populi romani *G.* || praestitum *G.* || obserbant *B.*

BG seruant. uetustas tamen longi temporis plerumque paene similem reddidit occupatorum agrorum condicionem: non tamen uniuersos paruisse legibus quas a uenditoribus suis acceperant.

Vectigales autem agri sunt obligati, quidam r. p. p. R., quidam coloniarum aut municipiorum aut ciuitatium aliquarum. qui et ipsi plerique ad populum Romanum per-
B 103 tinentes ex hoste capti partitique | ac diuisi sunt per centurias, ut adsignarentur militibus quorum • uirtute capti erant, amplius quam destinatio modi quamue militum exigebat numerus: qui superfuerant agri, uectigalibus subiecti sunt, alii per annos ...., alii uero mancipibus ementibus, id est conducentibus, in annos centenos. plures uero finito illo tempore iterum ueneunt locanturque ita ut uectigalibus est consuetudo.

In quo tamen genere agrorum sunt aliquibus nomi-
G 135 natim redditae | possessiones. id habeant inscribtumque in formis, quantum cuique eorum restitutum sit. hi agri
B 104 qui redditi sunt, non obligantur | uectigalibus, quoniam scilicet prioribus dominis redditi sunt.

Mancipes autem qui emerunt lege dicta ius uectigalis, ipsi per centurias locauerunt aut uendiderunt proximis quibusque possessoribus. in his igitur agris quaedam loca propter asperitatem aut sterelitatem non inuenerunt emptores. itaque in formis locorum talis adscribtio, id est IN MODVM CONPASCVAE, aliquando facta est, et TANTVM CON-

1. poene *B*. || 2. conditionem *G. sic semper*. || non tamen] *fortasse* nocet enim non. || 3. paruis se *G*. || 4. acceperunt *G*. || 6. ciuitatum *G*. || 8. ac *G*, hac *B*. || 9. assignarentur *G*, *ut fere solet*. || 10. quamue] quam uero *BG. correxit Rigaltius*. || exigebant *B*. || 12. quinos *Goesius addidit*. || 13. *post* centenos *add* alii uinos *rec B*. || 14. ueniunt *B*, uenduntur *G*. || 16. alii quibus *B*. || 17. reddite *B*. || *fortasse* idque habent inscribtum. habeant scriptum in *G*. || 18. in firmis *pr B*. || hii agri *B*. || 22. uendederunt *B*. || 23. quedam *G*. || 25. adscriptio *G. sic semper*. || 26. tantum conpascue *B*.

PASCVAE; quae pertinerent ad proximos quosque posses- *BG*
sores qui ad ea attingunt finibus suis. quod genus agro- .
rum, id est conpascuorum, etiam nunc in adsigna|tionibus *B* 105
quibusdam incidere potest.

Virginum quoque Vestalium et sacerdotum quidam agri uectigalibus redditi sunt locatim. quorum agrorum formae, ut comperi, plerumque habent quendam modum adscribtum: sed in his extremis lineis conpraehense sunt formae sine ulla quidem norma rectoque angulo. solent uero et hi agri accipere per singula lustra mancipem: sed et annua conductione solent locari.

Diuisi et adsignati agri sunt qui ueteranis aliisue personis per centurias certo modo adscripto aut dati sunt aut redditi, quiue | ueteribus possessoribus redditi com- *B* 106
mutatique pro suis sunt. hi agri leges accipiunt ab his qui ueteranos deducunt, et ita propriam obseruationem eorum lex data praestat.

In his agris et subsiciua sunt. et aliquando compas- •
cua, sicut in his qui uectigalibus seruiunt, et in hoc genere sunt; quaedam autem uectigalia, quae intra perticam in eam regionem compraehensa sunt. aut siquid superfuit quod non adsignaretur, reseruatum aut redditum | reloca- *G* 136
tumue est cuiquam coloniae. hi autem quibus adsignati sunt, deducebantur intra centuriationem: et quae superfuerant subsiciua, | his concessa esse, id est eorum rei

2. adtingunt *G.* || quodque genus *BG.* || 3. compascuorum *G.* || 4. incedere *G.* || 6. sunt et locati *G.* || 7. forme ut comp*l*eri *B.* || quedam modum *corr B*, quem admodum *pr B.* || 8. comprehensae *G.* || 11. et *G*, *om B.* || 14. quiue] quib. *BG.* || 16. propria obseruatione *G.* || 17. praestant *B.* || 18. agris sed et *BG.* || subseciua *G.* || sunt et *om G.* || 20. pertica *B.* || 22. reseruatum aut redditum *G*, *om B.* || relocatumque *Goesius*, reuocatumque *BG.* || 24. centuriatione *B.* || super fuerunt subseciua eis *G.* || 25. concessa sunt *Turnebus. malim* concessere.

BG publicae, ex quorum territorio sumpserant agros, ita ut in eos quos donauerant r. p. agros, et in eos qui redditi erant ueteribus possessoribus, iuris dictio salua esset eis ex quorum territorio sumpti erant agri.

Ergo omnium coloniarum municipiorumque leges semper respiciendae erunt, itemque exquirendum numquid pos legem datam aliquid, ut supra dixi, commentariis aut epistulis aut edictis adiectum est aut ablatum.

Sed et haec meminerimus in legibus sepe inueniri. *B* 108 cum ager est centuriatus ex alieno | territorio paratusque ut adsignaretur, inscriptum QVOS AGROS, QVAE LOCA, QVAEVE AEDIFICIA, INTRA FINES puta ILLOS, ET INTRA FLVMEN ILLVD, INTRA VIAM ILLAM, DEDERO ADSIGNAVERO, IN EIS AGRIS IVRIS DICTIO COHERCITIOQVE ESTO COLONIAE ILLIVS cuius ciuibus agri adsignabuntur. uolunt quidam sic interpretari, ut quidquid intra fines supra memoratos fuerit, id iuris dictioni coloniae accedat. quod non debet fieri. neque enim acceptum aliud defendi potest iuris dictioni coloniae, quam quod datum adsignatumque erit. alioquin saepe et *B* 109 intra | fines dictos et oppidum est aliquod; quod cum in sua condicione remaneat, eidem est in id ipsum ius quoi ante fuit: ita illa interpraetatione oppidum ciuesque coloniae pariter adsignaret. sed nec fuisset necesse in legibus ita complecti, QVOS AGROS, QVAE LOCA, QVAEVE AEDIFICIA, si uniuersa regio, quae cancellata erat, coloniae iuris dictioni

1. territorium *B*. || sumpserunt *G*. || 2. r̄p. *B*, *om G*. || 6. respiciende *B*. || nequid *BG*. || post *G*. || 7. supra] *p.* 111,3. || epistolis *G*. || 11. quaeue loca *G*. || 15. interpetrari *B*. || 16. ut *om BG*. || super nominatos *G*. || iuris dictionis *BG*. || 17. debetur fieri *B*. || 18. acceptum] ceptum *B*, quietum *G*. || iuris dictionis *BG*. || 19. quam *om G*. || fuerit *G*. || 20. infra *G*. || aliquid quod non in suam condicionem *BG*. || 21. remaneant *B*. || eidem] item *BG*. || id *om G*. || quoi] quod *BG*. || 22. oppidum *Turnebus*, epipedum *BG*. || ciuisquae *B*. || 23. fuisse *BG*. || nec esse in legibus nec ita conplecti debet. quos *G*. || 25. iuris dictionem *B*.

Ergo conuenientia, ut supra diximus, possessorum terminos consecrat. qui, ut ante dixeramus, omnibus angulis coxisque positi esse debent. in quibusdam uero regionibus saepe per longum spatium et inter multos possessores rigores dumique finem faciunt, et aliquando tantum modo per singulorum possessorum spatia, id est a capite usque ad caput, positi inueniuntur termini, hoc est a fine incipiente usque ad finem deficientem, unde alterius possessionis finis incipiat obseruari. quidam uero in mediis spatiis plures interpositos habent. quorum si quisquam per longum spatium moueatur, inter longum tractum et inter plures possessores rigor durare debet: qui si non est, totae regioni errorem quendam incuti, nec ei tantum intra cuius fines terminus motus est, calumniam intro duci, sed ultro citroque confundi fines necesse est.

Illa omnia quae supra diximus, quae ad terminos lapideos | pertinent, siue signa subdita requirantur, siue G55 notae aut litterae aut numeri, quam maxime secundum consuetudinem regionum omnia intuenda sunt: tamen et nobilitatis hae quam manu fiunt fidem habere debent, quoniam intellegitur ea industria conuenientiaque possessorum fieri. si uero pali lignei pro terminis dispositi sunt, aut congeries lapidum aceruatim congestae, quos scorpiones appellant, aut in effigie maceriarum quae attinae appellantur, aut uertices amphorarum defixi, aut petrae naturales notatae, aliudue quod loco termini obseruari ui-

5. Floxuositatibus (*sic*) dicit coxis *margo P.* ‖ 7. et] ut *G.* ‖ 15. incutit *G.* ‖ 16. terminus *om G.* ‖ 16. introducit *G.* ‖ 17. confundit *G.* ‖ 22. *fortasse* nouitates hae quae manifestae sunt. *Hyginus de controuersiis p.* 131,4 nobitas habet suspicionem: — si tamen constauit his modis — ‖ 25. congestae sint quos *G.* ‖ 26. *praestat* in effigiem.

debitur, ex consuetudine regionis et ex uicinis exempla sumenda sunt. G

Supercilia, de quibus mentionem habui, si finem facient, intuendum erit in quantum spatium deuexitas supercilii extendatur, ne mons supercilium sit: intra paucos enim pedes supercilia uocabula accipiunt. quae tamen usque in planitiam ex superiori uergunt, ad superiores possessores pertinent. quicquid enim inferior possessor in solo suo agit, damno superioris fit. siue aret siue fodiat, detrahit pendentes ex superiori terras. si uero congerat aut adiciat quid, ad superiora non ascendit. ita haec causa efficit ut superioribus possessoribus usque in planitiam supercilia cedant.

Si arbores finales obseruabuntur, uidendum erit quae sint arborum genera. nam quidam in finibus naturales qualescumque arbores intactas finales obseruant: alii diuersas . . .: quidam cunctis excisis arborum generibus unum tantum genus in finibus relinquunt, quo manifestius appareant finales. [loca munierunt, ut materiae differentia argumento sit.] quidam ex conuentione in ipsis finibus communes serunt. aliqui priuatim intra suum solum in extremis finibus ponunt; et, ut supra | diximus, diuersa G56
arborum genera: alicubi enim pinos inuenimus, alicubi cypressos, alibi fraxinos aut ulmos aut populos quaeque alia ipsis possessoribus placuerunt. et si inter culta finibus aut prope fines, disponuntur spissius, et disconuenientes

7. usq. ad inplanitiam *G.* ‖ 12. planitia *G.* ‖ 13. cedant *Turnebus*, cedant ius *P*, cædentibus *littera* b *eluta G. in margine P* dicit in superciliis ius cædendum usq. in planitia possessori. *confer Frontinum p.* 42, 20. ‖ 17. *huc ex sequentibus ea fere quae uncis inclusimus referenda esse Rigaltius uidit. lege* alii diuersas hoc animo serunt, ut materiae differentia argumento sit. ‖ quaedecunctis ex ipsis arborum *G.* ‖ 18. quo manifestum ius appareat *G.* ‖ 20. quaedam *G.* ‖ 21. erunt *G.* ‖ 25. cultis *G.* ‖ 26. spissioribus et *G.*

G ordinibus arbustorum, si tamen arbusta sint. quae si communes sunt, semper utrimque intactas quidam seruant, quidam durantibus stirpibus earum summas frondes ac uirgulta communiter caedunt. si propriae alterius partis sint, ut domino libuit, aut caedit aut remittit: ex quibus tamen saepe et materiam deiciunt, et alias substituunt. hoc etiam in communibus arboribus saepe accidit: si enim utrisque possessoribus conueniat ut finales arbores deiciant aut ut pretio taxent aut alterna sibi sorte habeant substituantque in deiectarum locum alias, aut si nihil placuerit substitui, differentiae qualitatum indicio erunt.

Si uero notatae arbores in regionibus finales obseruabuntur, intuendae sunt notae. si enim communes sint mediae, utrimque notatae per totas esse debebunt. si partium frondes spectant in alios fines, plagis, id est latis cicatricibus, signatae inueniri debent, ut intellegantur eorum esse dominorum, in quas partes integrae erunt intactae reseruabuntur. signantur autem utrimque, id est ex utraque possessione, intra pedes quinos, ut legis Mamiliae commemorationem habeant. in uersuris quae notatae sunt, aut decus in eis inueniuntur aut gammae, ut manifestum sit uersuras suis signis obseruari debere.

Quidam satis putant omissas intactasque pati crescere, si magnitudine ceteras superent. de qua argumentum capere quaestui ducimus: si ceterae dissimiles sunt,
G57 uidetur aliquod his testimonium | per eas prestari.

Preterea siue in cultis siue in siluosis et in incultis locis agatur, respiciendum erit utrum hae quae fina-

4. proprie *GP.* ‖ 5. *fortasse* aut caedit aut relinquit. ‖ 6. materia *GP.* ‖ 10. substituti differentiae aequalitatum *G.* ‖ 12. notatas *G.* ‖ 14. frontes expectant *G.* ‖ 17. erunt] *puto* et. ‖ 19. maniliae *G.* ‖ 21. aut decus, *sic GP.* ‖ 22. uersura *G.* ‖ 25. questui dicimus. ceterae *G.* 26. prestare *G.* ‖ 28.hae] *puto* his, *et statim* habeant alterutrae partes similes, *tum* quae si utrimque *uel simpliciter* si utrimque.

les uidebuntur arbores habeant in alterutras partes simi- *G*
les. quae utrimque tales habeant, | una re uidebuntur, *B* 133
si notatae sint. si uero altera pars habet, quo loco de-
ficient, ibi fines uidebuntur esse: hae autem ipsae eius
partis uidebuntur esse finales, in qua similes eis erunt.
si neutra parte similes et illae solae uideantur, finales
| communesque esse uidebuntur. si autem, ut saepe fit, *B* 134
unus possessor diuersum utrisque partibus genus arborum
per omnem finium suorum ambitum posuerit, ut inter alios
agros quoque confines sibi, non solum inter eum cum
quo controuersia erit, finem faciat, diligenti cura uiden-
dum erit ne proprias alterius arbores partis communes
suspicemur. quidam tamen quotiens circa extremos fines
suos alicuius generis arbores disponunt, quae significan-
ter differentes ab ceteris possint | extremos fines demons- *B* 135
trare, incidunt per errorem [enim] intra uicinorum fines.
de qua re diligentius aspiciendum erit ut possessores suos
fines teneant, ne alienos lacessiant.

Viae autem si finem faciunt, adtendendum erit quales
uiae et quomodo. nam et saepe incidunt in finibus, et
saepe trans uiam aliquas possessores particulas habent.
quaedam ergo uiae aliquando fines transeunt possessionum.

2. utrumque *G.* ‖ *fortasse* | finales una re uidebuntur. ‖ res uidebitur *G.* ‖ 3. altera *G*, aliqua *B.* ‖ habeat *G.* ‖ deficiant *G.* ‖ 4. fines ... autem *om G.* ‖ 4. hae] haec *B.* ‖ ipse eius partes *B*, ipse partes earum *G.* ‖ 5. finales *om B.* ‖ eis *G*, ei *B.* ‖ 6. parte sunt similes et *G*, parte illae solæ similes et *B. fortasse* parte illis aliae similes sed ‖ 7. communalesque *B.* ‖ sepe *B.* ‖ 10. quoque] quosque *B*, quaque *G.* ‖ sibi *om G.* ‖ inter eos in quibus controuersiae erunt *G.* ‖ 11. controuersiam *B.* ‖ faciant *G.* ‖ 12. propias *B.* ‖ arborum *G.* ‖ partes *BG.* ‖ 13. subscitentur *B*, ostendantur *G.* ‖ 14. significant et *B*, significant *G. correxit Goesius.* ‖ 15. ferentes *B.* ‖ ob ceteris fines uicinorum. Nam et per errorem incidunt. De qua re *G.* ‖ 17. inspiciendum *G.* ‖ 18. ne *B*, non *G.* ‖ lacesseant *B*, lacessant *G.* ‖ 19. faciant *G.* ‖ 21. aliqui *G.* ‖ 22. finiunt transitum possessorum *B.*

BG quarum tamen non omnium una eademque est condicio. nam sunt uiae publicae, [regales,] quae publice muniun-
B 136 tur et auctorum nomina optinent. nam et cu|ratores accipiunt, et per redemptores muniuntur, et in quarundam tutelam a possessoribus per tempora summa certa exigitur. uicinales autem [uiae], de publicis quae deuertuntur
G 58 in agros, | et saepe ipsae ad alteras publicas perueniunt, aliter muniuntur, per pagos, id est per magistros pagorum, qui operas a possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt. aut, ut comperimus, uni cuique possessori per singulos agros certa spatia adsignantur, quae suis inpensis tueantur. etiam titulos finitis spatiis positos habent,
B 137 qui indicent | cuius agri quis dominus quod spatium tueatur. ad omnes autem agros semper iter liberum est. nam aliquando deficientibus uicinalibus uiis per agros alienos iter praestatur. quidam etiam conueniunt specialiter uti seruitutem prestent his agris ad quos necesse habent transmittere per suum. nam et his uerbis conprae-
henditur, ITA VT OPTIMVS MAXIMVSQVE EST. nam et aquarum ductus solent per alienos agros iure transmittere.
B 149 itaque, ut diximus, uiae saepe necessario | per alienos agros transeunt; quae non uniuerso populo itinera prestari uidentur, sed eis ad quorum opera, et eis ad quo-

1. quorum *B*. ‖ non omnium *om B*. ‖ 2. regales quae publice *om B*. *margo P* muniuntur per terminos quos itinerarios dicimus ut transiri eas uias intellegamus non posse. ‖ 4. et in *P*, in *G*, nam et *B*. ‖ 5. tutela *GP*. ‖ 6. uiae *om B*. ‖ debertuntur *B*, diuertuntur *G*. ‖ 7. in agris *B*. ‖ sepe ipsa ad se alteras *B*, saepe ad alteras *G*. ‖ 8. pes pagos *B*. ‖ *margo P* magistri pagorum magistrati dicuntur. ‖ 9. qui *om B*. ‖ 12. tuentur *G*. ‖ 13. quae indicant *Boethius p.* 1539. ‖ tueantur *Boethius*. ‖ 15. uiis uicinalibus *G*. ‖ 16. quidam] qui *B*, quae *P*, quin *Goesius*. ‖ etim conueniant *B*. ‖ specialiter *B*, precario *G*. ‖ 18. per suum *B*, peruium *G*. ‖ et *B*, et in *G*. ‖ 19. ita ut *G*, aut *B*. ‖ maximus sit. Nam *G*. ‖ 21. sepe *B*. ‖ 22. qua *Turnebus*. ‖ prestari *BG*, praestare *P*. ‖ 23. eis ad quorum onera praestari uidentur. et eis ad *GP*, eis a *B*. *correxit Huschkius*.

rum agros per eas uias peruenire necesse est. hae ergo *BG*
de uicinalibus solent nasci. nam et communes uiae [quae]
ex uicinalibus nascuntur; quae aliquando inter binos pos-
sessores in extremis finibus, pari utrimque modo sumpto,
communique inpensa, iter praestant. priuatae itaque uiae
ad finitiones agrorum non pertinent, sed ad itinera eis
praestanda: quae sub exceptione nominari in emptionibus
agrorum solent. ergo uiae publicae et uicinales et com-
mu|nes in finibus incidunt: non enim finium causa diri- *B*150
guntur, sed itinerum. ita tam fas est finem facere quam
et transire uiam.

Vepres si finem facient, uidendum quales, et si tan-
tum modo in extremis finibus sint, quoniam per negle-
gentiam colentium et in mediis agris solent esse | uepres; *G*59
et utrum manu satae sint. nam etsi regio quaedam uir-
gulta non habeat, quae tutelam uineis aut hortis praestent,
adferuntur ex peregrinis regionibus et seruntur. et arbo-
res in uepribus solent ante missae inueniri.

Si fossis fines obseruabuntur, inspiciendum | utique *B*151
in omnibus, regionum quae sit consuetudo, et uidendum
quales fossae; ne siquis agrorum siccandorum causa fos-
sas fecerit, finales esse uideantur. nam et intellegi potest
aliquando ex ipsarum fossarum positione utrum propriae

1. haec *BGP.* || 2. communes *Goesius*, omnes *BGP.* || quae *Turnebus omisit.* || 3. uinos *B.* || 4. in *om B.* || pari utriq. *B*, pariq. *G.* || sumptu *BG.* || 5. iter *om G.* || prestent priuate *B.* || Priuatae uiae finem non faciunt *margo P.* || 7. quae *Turnebus*, duae *BGP.* || 8. publicae *om G.* || uicinalis *B.* || 9. incipiunt *G.* || 10. fa est *B.* || 12. uidum *B.* || si *om B.* || 13. finium *B.* || 14. mediis solent esse agris siue uepres satae manu sint *G.* || 15. utrum] ut ab *B.* || quandam uirgulam *G.* || 16. ortis *B.* || prestet *G.* || 18. solent antemissae in uepribus *G.* || ante mise *B.* || 19. finis *B.* || 20. in omnibus *Turnebus*, nominibus *BGP.* || quae] q. *B.* || 21. siccandorum agrorum *G.* || fossas *B*, aliquando *G.*

BG an finales sint, quoniam transuersae quaedam aut obliquae a finibus recedunt. ita, ut supra dictum est, ex ipsorum locorum necessitate et ex ipsarum positione colligi debebit quae sint finales. aliae tamen quae finales sunt cum uidentur esse communes, inspiciendum erit an ita sit. nam quidam in extremis finibus in solo suo faciunt fossas et ex superioribus uicinisque agris defluentes aquas excipiunt, ne inferiores terrae laborent. ita quod | in solo suo quis fecerit, non statim communes, sed circa fines esse uidebuntur. respiciendum quoque erit num et in aliis lateribus similiter fines obseruabuntur. sed et proprias qui faciunt ad expediendas aquas, aliquid soli sui extra fossam solent relinquere. aliquando etiam terminos extra fossam positos inuenimus, qui et ipsas fossas et soli relicti partes decernant cuius domini sint. quidam uero etiam arbores ante missas finales extra fossas habent, et in controuersiam saepe deducuntur, quod credatur fossas finem facere debere. propter quod, sicut in aliis generibus finitionum, sic et in hoc quoque consuetudines regionum intuendae erunt. etenim dum terminis aut arboribus fines obseruari consuetudo sit, non oportere fossas quae prope fines erunt finales obseruari; si uero substructionibus et maceriis finientur agri, uidere quales substructiones et maceriae, quoniam quidam congestionibus

B 152 | (*B*) | *G* 60

1. obliq. *B*. || 2. a finibus ... 4. tamen quae *om B*. || 7. ex *B*, de *G*. 8. laborant *G*. || 9. communem *B*, commune *G*. || 10. uidebitur *G*. || num *Goesius*, nam *BG*. || 11. obserbabuntur *B*. || qui proprias *G*. || 12. sui *G*, ut *B*. || 14. extra fossam solent relinquere et extra fossam (fossa *P*) eos positos *G*. || ponitos *B*. || et soli *B*, ex soli *G*. || 15. parte discernant *G*. || 16. *an* et eae in? || 18. propter quod in alii sicut quid in aliis generibus finitio *B*. || 20. etenim] *fortasse* est enim iustum. || 21. fines *P*, finis *G*. *margo P* Si consuetudo est regioni terminibus aliisque signis fines obseruari, non cito fossae finalis obseruari debere. || 24. quidem *G*.

lapidum, ripis, substructionibus, terras, ne dilabantur, ex- G
cipiunt. ita si ad tutelam terrarum extruantur, uidendum
an et finitiones praestare debeant. nam quidam transuer-
sas et obliquas macerias ripis substructionibus factas uo-
lunt uideri finales. quod ex ipsa facie aliquando intelle-
gitur, si [enim] proprias quis faciat in terris suis ad sus-
tinendos seruandosque agros suos, non posse eas esse
finales. nam quaedam, quae fines praestant, maiori opere
extructae inueniuntur quam eae quae priuatae sunt. ni-
hilo minus et in hoc genere finitionum consuetudines re-
gionum intuendae erunt. sed et ex ipsorum locorum na-
tura aliquando aliquid colligi potest. si enim non expe-
tent terrae quarum sustinendarum causa uideatur maceria
esse facta, poterit finalis uideri. sed in planis locis si
saxuosus sit ager, repurgatur, et ex congestione maceriae
fiunt. ita et ex ipsius loci qualitate aliquid colligi potest.
si enim non sit ager saxuosus, cuius repurgandi causa
congestio in speciem maceriae facta uideatur, poterit ui-
deri finalis. ergo, ut saepe diximus, quaedam ex consue-
tudine regionum, quaedam ex natura loci colligi possunt.

Nam et de fossis idem sentimus. si enim non sit
necessitas agri siccandi nec in uicinis fossae inueniantur,
possunt uideri finales, non interuenientibus qualitatibus
quibus ambigantur secundum regionum consuetudinem esse
finales. sed si in regione non sit consuetudo fossis finem
obseruari, ea ergo quae quasi nouum exemplum afferre
uidebuntur, intuendum utrum ex necessitate loci agros
siccent an finem praestent.

Macheriae quoque, et quae ex congestione lapidum
fiunt et quae manu instruuntur, non semper | aut terra- G61

9. ᵇeae *G.* ‖ 11. natura *Turnebus, om GP.* ‖ 12. non extent *Goesius.* ‖ 15. saxuosis fit *G.* ‖ 23. qualitatibus] quae erunt uiis *G.* ‖ 24. ambigatur *G.*

G rum excipiendarum causa aut repurgandi agri aut finem praestandi fiunt. aliquando enim per magnum spatium aut uiuaria aut pomaria aut uineas aut oliueta aut arbusta maceriis supra dictis includunt et ab incursionibus bestiarum defendunt. ita diligenter omnia exquiri debebunt, ne qua ratione fallamur.

Riuis si fines obseruabuntur, qui non semper singulorum agrorum extremitates ambire possuut, sed per aliquod spatium lateribus quibusdam possessionum finem praestare, intuendum erit an sit consuetudo ultro citroque riuorum aliquas partes agrorum possideri ab his qui trans riuum contrarios agros habebunt. quidam enim riui ab origine, id est a capite, donec in mare defluant, fines possessionibus praestant: quidam uero ultro citroque transmittunt possessores. quod ipsud requirendum erit numquid in consuetudine regionum sit. comperimus enim quibusdam locis per omnem tractum riui finem aliquas particulas agrorum ab eis qui contrarios trans riuum habent agros emptas iunctasque eis agris qui riuo finirentur. quod ipsud non debet nocere exemplo, quoniam emptae particulae aliis agris iungantur. ita transeundi riui non debet haec condicio confundere possessores. quod etiam in fossarum condicione euenire potest, itemque uiarum.

Riuus autem quotiens finem facit, appellatur RIVO RECTO [curuoque]. qui si alicuius terras minutatim ex alia parte abstrahat et alii contrario relinquat, quod uocant abluuionem et alluuionem, repetitio finium non datur: inducit enim necessitatem riparum tuendarum. quod iuste

3. pomeria *P.* ‖ 13. in mari *G.* ‖ 15. numquid] anquod *G.* ‖ 17. finalem *Goesius.* ‖ 19. emptos iunctosque *G.* ‖ 22. possessiones *Goesius.* 24. *N. Heinsius ad Silium* XIII,4, *non recte* ripae rectae curuaeque. ‖ 25. qui si *P*, quisi *per rasuram ex* quasi *factum G.* ‖ 27. alluuionem et alluuionum *G.* ‖ non datur] addatur *G.* ‖ 28. indicit *G.*

uidetur prospectum, ut terrae possessoribus saluae sint, etiam publicae utilitatis causa. | quod si ui tempestatum riui torrentes subito alueum cursumque mutent, iustum, ut nostra fert opinio, erit ut aluei ueteris fines suos quisque obtineat. G G62

In aliquibus regionibus ita fines inter possessores ordinati sunt, ut rigores durent per longum tractum: incidentesque in uiis aut riuis aut in substructionibus aut rigoribus aliisque finitionum generibus deficient supra dicti rigores: inde in quo inciderint genere fines obseruabuntur, donec et illud ipsud genus aliquo incidat quo finiantur agri. ergo et rigores et uiae et riui et substructiones alii aliis incidentibus inter se inuicem succedunt. nam et in ipsis generibus sicubi coxae sunt, terminos inuenimus frequenter. sed et petras naturales, quae in finibus incidunt, saepe notatas inuenimus.

Omnia autem finitionum genera quae in occupatoriis agris uidentur inueniri posse, in quaestoriis et diuisis et assignatis agris frequenter inueniuntur, quoniam emendo uendendoque aut cambiando mutuandoque similia finitionum genera inueniri possunt. sed et unius agri extremitas potest multis finiri generibus, cum ex uno latere finiatur terminis, ex alio arboribus, ex alio supercilio, ex alio riuo, quaeque alia obseruabilia in finibus sunt. ita non uno genere, quasi lege data, fines obseruabuntur. quae etiam in omnibus agrorum condicionibus euenire possunt.

2. si *om G.* || uim *G.* || 3. torrentis *P.* || alueo cursuque munientes. tum ut *G*, alueum cursumque mutent iustius est tum ut *Cuiacius.* || 7. incedentesque *G.* || 8. in structionibus *GP.* || 9. definient *G*, deficiant *Goesius.* || 10. incederint *G.* || 11. aliquod incedat *G.* || 13. incedentibus *G.* || 16. incedunt *G.* || 20. mutandoque *G.* || 23. ex *post* arboribus *om GP.*

G Illud uero inuenimus aliquibus locis, ut inter arua uicini arguantur confundere fines, eoque usque aratrum perducere ut in finibus solidum marginem non relinquant, quo discerni possint fines.

Praeterea et in multis regionibus comperimus quosdam possessores non continuas habere terras, sed partiG63 culas quasdam | in diuersis locis, interuenientibus conplurium possessionibus; propter quod etiam complures uicinales uiae sint, ut unus quisque possit ad particulas suas iure peruenire. sed et de uiarum condicionibus locuti sumus. quorundam agri seruitutem possessoribus ad particulas suas eundi redeundique praestant. quorundam etiam uicinorum aliquas siluas quasi publicas, immo proprias quasi uicinorum, esse comperimus, nec quemquam in eis cedendi pascendique ius habere nisi uicinos quorum sint; ad quas itinera saepe, ut supra diximus, per alienos agros dantur.

Sed et in uineis aliisque culturarum generibus simile quid inueniatur. si enim duo possessores extremis finibus uineas habent, cum fodiunt, finem solidum relinquunt. nam et signa defodiunt [propter questorios agros].

DE QVESTORIIS AGRIS.

Quaestorii dicuntur agri quos ex hoste captos p. R. per quaestores uendidit. hi autem limitibus institutis laterculis quinquagenum iugerum effectis uenierunt. quem modum decem actus in quadratum per limites demensi efficiunt; unde etiam limites decumani sunt dicti.

Horum uero agrorum paene iam obliterata sunt signa:

2. arciantur *G.* || 3. solidum *P*, solidem *G.* || 7. complurimum (conpl. *hic P*) possessoribus *G. correxit Goesius.* || 10. loquuti *P.* || 11. agris *G.* || 16. ad qui sint intra saepe *G. correxit Rigaltius.* || 18. *Haec ad superiora pertinent uersu* 4. || 19. *immo* inuenitur. || 20. uias *G.* || 28. paene *P*, pene *G.* || obliterata, *sic G.*

nam aliquibus locis etiam lapides qui in limitibus denis actibus emensis positi erant interciderunt, et limites ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur. paene iam itaque fit ut ad occupatoriam condicionem recidant. in quibus alia similia in finibus obseruabuntur. *G*

Limites autem ab liminibus uocabula acceperunt; quoniam limina introitus exitusque locis praestant, limites agris similiter introitus exitusque. qui in agris diuisis et assignatis, semper peruii esse debebunt tam itineribus quam et mensuris agendis. cum ergo omnes limites a mensura | denum actuum decimani dicti sint, hi qui orientem occidentemque intuentur, qui meridianum et septentrionem tenent, unum uocabulum illis erat: decumanum nuncupabant matutini et uespertini et meridiani et septentrionis [cardinem]. alii uero ob regionum positionem et naturam appellauerunt maritimos et montanos. postea uero cum agri diuiderentur et assignarentur, decimani quidem uocabulum permansit, ut hi qui orientem occidentemque intuentur decimani dicerentur: hi uero qui meridianum et septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines sunt appellati. *G* 64

Et omnes limites dirimunt agros centuriasque designant. qui, ut supra diximus, in agris diuisis et assignatis semper peruii esse debebunt et itineribus et mensuris agendis.

Centuriis, quarum mentionem nunc facimus, uocabulum datum est ex eo. cum antiqui [Romanorum] agrum ex hoste captum uictori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt: et ex hoc facto centuria iuste appellata est.

1. denis *Goesius*, de nouis *G.* ‖ 2. emensi *G.* ‖ 4. ut occupatoria conditione recedant *G.* ‖ 5. *fortasse* in quibus alea simili ut arcifiniis obseruabuntur limites. ‖ 10. tam oneribus *GP.* ‖ 16. aob *G.* ‖ 27. *fortasse* ex eo, quod cum.

G Ergo in questoriis agris adhuc in regionibus quibusdam manentibus lapidibus, quibus limites inueniri possunt, aliqua uestigia reseruant. sed, ut supra diximus, emendo uendendoque aliquas particulas ita confuderunt possessores, ut ad occupatoriorum condicionem reciderint. tamen, ut supra diximus, in aliquibus et lapides et rigores aliqui inueniuntur et fines praestant.

DE DIVISIS ET ASSIGNATIS.

Diuisi et assignati agri non unius sunt condicionis. nam et diuiduntur sine assignatione, et redduntur sine diuisione. diuiduntur ergo agri limitibus institutis per centurias, assignantur uiritim nominibus.

*G*65 Ergo agrorum diuisorum, qui institutis limitibus | diuisi sunt, formae uarias appellationes accipiunt. quidam arbores finales, alii in aenis, alii in membranis scripserunt. et quamuis una res sit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, ut supra diximus, una res est, forma. quidam formas, quorum mentio habita est, in aere scalpserunt, id est in aereis tabulis scripserunt. hi tamen quidquid instituerunt curandum erit ut fide aestimetur, nequis uoluntario finem proferat. illa tantum fides uideatur quae aereis tabulis manifestata est. quod siquis contra dicat, sanctuarium Caesaris respici solet. omnium enim agrorum et diuisorum et assignatorum formas, sed et diuisionem et commentarios, et principatus in sanctuario

2. Fusos limites uel signa finalia dicit *margo P.* || 3. *potius* reseruantur *uel* restant. || 5. condicione *P.* || recederint *GP.* || 9. non *Rigaltius, om G.* || conditiones *pr G.* || 15. *puto* arboreis tabulis. || in uenis *GP. margo P* alii in aenis, alii in membris, id est alii in aere, alii in membranis, hoc est in mappa uel in codicibus depinxerunt. || in membris *GP.* || 19. quorum, *sic G.* || 21. quidquid *P*, quicquid *G.* || 22. *immo* fidem proterat aut illa tantum. || 26. *fortasse* descriptionem et. *Rigaltius* diuisionum. || commentarius *G.*

habet. qualescumque enim formae fuerint, si ambigatur *G*
de earum fide, ad sanctuarium principis reuertendum erit.

Causam autem diuidendorum agrorum bella fecerunt. captus enim ager ex hoste uictori militi ueteranoque [est] assignatus hostibus pulsis aequalis in modo manipuli datus est. nec tamen omnibus personis uictis ablati sunt agri: nam quorundam dignitas aut gratia aut amicitia uictorem ducem mouit ut eis concederet agros suos. itaque limitibus actis cum centuriae exigerentur, eorum, quorum nomina continent, agri notabantur, quantum in quaque centuria haberent. inscriptiones itaque in centuriis sunt tales. DEXTRA aut SINISTRA DECIMANVM TOTVM, VLTRA CITRAue CARDINEM TOTVM, ASSIGNATVM ILLI TANTVM. inde subscriptum est nomen cui concessum est, inscriptione tali, REDDITVM ILLI TANTVM. preterea scriptum est et REDDITVM ET COMMVTATVM PRO SVO; quod ideo fit, quoniam particulas quasdam agrorum in diuersis locis habentes duo quibus | agri reddebantur, ut continuam possessionem habe- *G*66
rent, modum pro modo secundum bonitatem taxabant: [et] in locum eius quod in diuerso erat maiorem partem accepit itaque, sicut supra diximus, qui hanc inscriptionem accepit, id est REDDITVM COMMVTATVM PRO SVO.

Inscriptiones ergo diligenti cura intuendae erunt, ut sciamus quantum dati assignati sit, quantum redditi, et quantum commutati. qua computatione facta quanto minus fuerit quam centuriae modus esse debet, subseciuum uocatur. subseciuorum uero genera sunt duo. unum est quod a subsecante linea mensura quadratum excedet. alterum est autem quod subsecantis assignationes lineae etiam in mediis centuriis relinquetur. euenit hoc autem

8. ut ei *G*. ‖ 9. eximerentur *G. correxit Rigaltius.* ‖ 12. citraque *G.* ‖ 13. subscriptum *G*, suscriptum *P.* ‖ 19. modum pro modum *GP.* ‖ 24. sint *GP.* ‖ 28. 29. *sic G.*

G ideo quoniam militi ueteranoque cultura assignatur: siquid enim amari et incerti soli est, id assignatione non datur.

Inscriptiones in centuriis frequenter inuenimus tales, DATVM ASSIGNATVM singulis personis certum modum, aliquando uero compluribus unum modum. de qua re diligenter inquirendum erit utrum aequaliter modus ille pluribus ascriptus diuidi debeat, an aliquibus personis et alicui plus debeatur. non enim omnibus aequaliter datus, sed et secundum gradum militiae et modus est datus. manipulus ergo singulas acceptas accipient, aliqui gradus singulas et dimidias, aliqui binas. pluribus ergo, ut supra diximus, personis inaequaliter assignatur modus. sed nec singulis acceptis modi per omnes regiones aequalitas est: nam secundum bonitatem agrorum computatione facta acceptas partiti sunt, melioris itaque agri minorem modum acceperunt.

Ergo acceptiones in centuriis, ut coeperamus, explicandae sunt. diximus enim ASSIGNATVM compluribus aliquando unum modum adscribi: sed et REDDITVM SVVM
G 67 | aliquando pluribus personis unus modus adscribitur. quae an aliquando inaequaliter partiri debeant, inde colligere poterimus, ut respiciamus professiones: si enim quibus agri sui reddantur, iussi professi sunt quantum modum quoque loco possiderent. praeterea inuenimus subscriptiones tales, ut DATVM ASSIGNATVM adscriptum sit, subiectum REDDITVM SVVM uni aut duobus pluribusue personis, et modus nullus adscriptus; quod, ut nostra fert

1. siquidem amari *GP.* ‖ 8. diuidi debeat *Goesius*, diuidebat *GP.* ‖ 9. cui *Goesius.* ‖ 10. gradum *Rigaltius, om G.* ‖ 11. *rectius* manipulares. ‖ 13. aequaliter *G.* ‖ 14. modis per *G.* ‖ 16. meliores *G.* ‖ 22. quaedam aliquando aliter partiri *G.* ‖ 24. agris uiae *G.* ‖ 25. subscriptiones *G.* ‖ 26. ut *om G.* ‖ 27. pluribusque *G.* ‖ 28. et] est *G.* ‖ ut *om G.*

opinio, quod datum assignatum, computatum sit: reliquum G
quicquid erit ex centuria, eius eorumue erit quorum nomina sine modo inueniuntur. aliquando integras plenasque centurias binas pluresue continuas uni nomini redditas inuenimus; ex quo intellegitur REDDITVM SVVM, LATI FVNDI: hi per continuationem seruantur centuriis.

Inscribuntur quaedam EXCEPTA, quae aut sibi reseruauit auctor diuisionis et assignationis, aut alii concessit. inscribuntur et COMPASCVA; quod est genus quasi subseciuorum, siue loca quae proximi quique uicini, id est qui ea contingunt, pascua .... illud uero ..... auctores diuisionis assignationisque leges quasdam colonis describunt, ut qui agri delubris sepulchrisue publicisque solis, itineris uiae actus ambitus ductusque aquarum, quae publicis utilitatibus seruierint ad id usque tempus quo agri diuisiones fierent, in eadem condicione essent qua ante fuerant, nec quicquam utilitatibus publicis derogauerunt.

In quibusdam regionibus fluminum modus assignationi cessit, in quibusdam uero tamquam subseciuus relictus est, aliis autem exceptus inscriptumque FLVMINI ILLI TANTVM. ut in Pisaurensi comperimus DATVM ASSIGNATVMQVE ut VETERANO, deinde REDDITVM SVVM VETERI POSSESSORI, FLVMINI PISAVRO TANTVM, IN QVO ALVEVS; deinceps et ultra ripas aliquando adscrip|tum modum per omnes centu- G68
rias per quas id flumen decurreret. quod factum auctor diuisionis assignationisque iustissime prospexit: subitis enim uiolentisque imbribus excedens ripas defluet, quoad etiam

1. reliquum *Turnebus:* reliquo hominum *G.* ‖ 6. hi *om G.* ‖ 7. Dicit aliquid se seruasse sibi agri auctorem diuisionis *margo P.* ‖ 11. *Hyginus p.* 120, 12 illud uero obseruandum, quod semper auctores. ‖ 13. ut] et *G.* ‖ itineris] *puto* item. ‖ 15. ad it *G.* ‖ diuisioni *G.* ‖ 16. ante *Turnebus,* inter *G.* ‖ 21. in pisaurensi *G.* ‖ 23. IN QVO] ne quo *G.* ‖ 25. id] in *G.* ‖ decurret *G.* ‖ 27. *potius* diffluet. ‖ quoad *Goesius,* quod *G.*

G ultra modum sibi adscriptum egrediatur uicinorumque uexet terras. cum ergo possessores hoc incommodum patiantur adsiduitate tempestatum, contentoque flumine alueo ripisque suis aequum uideatur iniuriam passos subsequi terras usque ad alueum fluminis, has tamen terras Pisaurenses publice uendiderunt, quas credendum est proximos quosque contingentes eas emisse uicinos.

Limitum quoque modus in quibusdam regionibus per amplum spatium exceptus est, in quibusdam uero modo assignationis cessit. ergo centuriae limitibus clausae: qui a limitationibus excipiuntur, a prescripta lege latitudine actae incipiant mensurae oportet [et] centuriarum: in his quibus non excipiuntur, [ad prescripta lege latitudinis] ab linea mensurali per limitem omnis modus in mensuram centuriae cadit. qui tamen, ut supra diximus, semper itineribus et mensuris agendis peruii oportet ut sint. spatium autem, intra quod sors uersari debeat, quasi dignationes dat: decimano uero et cardini maximis maximus latitudinis modus prescribi debet, deinde quintam quamque centuriam includenti per decimanos cardinesque; qui cum uiginti et quinque centurias includant, saltus appellatur. quibusdam regionibus, cum in ipsis incidant uillis, portas domini uillarum faciunt ianuasque inponunt et seruos huic negotio ad transmittendum populum applicant, quoniam utilissimum iter populo seruari debeat. datur autem ita
*G*69 a possessoribus, ut limites occurrent; hac tamen | condicione, ut si uillae in limitibus positae sint, id est limites

1. uicinorumque *P*, uinorumque *G.* || 3. contemptoque *G.* || 4. passus *G.* || 10. *praestat* clausae sunt: qui si. || 11. a limitibus *G.* || a prescripta lege latitudinis datae *G.* || 15. semper in itineribus mensuris *G.* || 20. includens *G. correxit Goesius.* || cardines quaecum *G. correxit Goesius.* || 22. incedant *G.* || 25. ita] uia *G.* || 26. ut similes occupent *G.* || 27. si ille *G. correxit Rigaltius.*

in quibus incidunt, reddant per agros suos iter populo, dum non deterius quam per uillas transeant. sed quaedam ita positae sunt, ut quantumcumque de limite deflectere uelint, incommodum iter patiantur: ita necessario per ipsas transeunt uillas. limitem autem non puto quemquam occupare debere colendo, ut per agrum iter reddere mallet: alioquin deflexus illi, qui de limite detorquentur, multo maiorem occupant modum. *G*

Centuriae autem non per omnes regiones ducenta iugera obtinent, in quibusdam ducentena dena, quadragena. ita diligenti cura et haec erunt respicienda; quoniam et limitum non aequale spatium inter lapides sit oportet, si amplius quam ducentena iugera centuriae habent. ut puta si habet centuria iugera CCXL, sint oportet per decimanum aut cardinem ab lapide ad lapidem actus XXIIII, et per alterum limitem actus XX: tot enim actus numerum per decimanum ac per cardinem datos inter se multiplicatos faciunt CCCCLXXX. itaque diligenter id scrutandum, quanta per decimanum et quanta per cardinem spatia inter lapides obseruari debeant. comperimus in quibusdam perticis cum centuriae ducenta iugera haberent, non uiginti actus aequaliter per limites inter lapides datos; in Beneuentano actus uiginti quinque per decimanos, et actus sedecim per cardines; qua mensura iugera ducenta quidem includuntur, centuriae quadratae non exprimuntur.

Illud praeterea comperimus, deficiente numero militum ueteranorum agro qui territorio eius loci continetur in quo ueterani milites deducebantur, sumptos agros ex uicinis territoriis diuisisse et assignasse; horum etiam agrorum, qui ex uicinis populis | sumpti sunt, proprias factas *G*70

1. incedunt dant per *G.* || 2. per illas *G.* || 10. *post* dena *add* inuenimus *P.* || 12. aequalem *P.* || 14. sint] sit *G.* || 15. a^{d}b lapidem *G.* || 16. tot] aut tot *G.* || *immo* actuum numeri... dati... multiplicati. || 21. centuria *G.* || 23. decimanas *G.* || 27. agrum *G.*

G esse formas. id est suis limitibus quaeque regio diuisa est, et non ab uno puncto omnes limites acti sunt, sed, ut supra dictum est, suam quaeque regio formam habet. quae singulae praefecture appellantur ideo quoniam singularum regionum diuisiones aliis prefecerunt, uel ex eo quod in diuersis regionibus magistratus coloniarum iuris dictionem mittere soliti sunt. ac tamen omnes quarum coloniarum ciues acceperunt, eius perticae appellabuntur: ergo praefectura illa dicitur cuius territorio ager sumptus fuerit, pertica illa tamquam colonia ubi ciuis deductus fuerit. nec tamen semper uniuersa territoria, quotiens ager coloniae deficit, uicinis auferuntur, sed solum quod assignare necesse fuit; quod ipsum legis prescriptio declarat. aliquando uero in limitationibus si ager etiam ex uicinis territoriis sumptus non suffecisset, et auctor diuisionis assignationisque quosdam ciues coloniis dare uelit et agros eis assignare, uoluntatem suam edicit commentariis aut in formis extra limitationem, MONTE ILLO, PAGO ILLO, ILLI IVGERA TOT, aut ILLI AGRVM ILLVM, QVI FVIT ILLIVS. hoc ergo genus fuit assignationis sine diuisione; quoniam, ut supra dictum est, agri diuiduntur limitibus structis per centurias, assignantur uiritim nominibus. sunt uero diuisi nec assignati, ut etiam in aliquibus regionibus comperimus, quibus, ut supra diximus, redditi sunt agri: iussi professi sunt quantum quoque loco possiderent. aliquibus uero ita contigit ut iussi aestimatione facta profiterentur; quibus secundum aestimationem pecunia data

2. acti *Goesius*, facti *G.* ‖ 3. sua quaeque *G.* ‖ 5. alii preferunt *G.* ‖ 6. ad iuris dictionem *Rigaltius.* ‖ 10. perticam illam tamquam coloniam illam *G.* ‖ 14. inlimitatibus (inlimitatus *P*) ager *G.* ‖ 16. colonis *G.* ‖ 17. et *om G.* ‖ eos *G.* ‖ uoluntate suae dictis (sua edictis *P*) commentariis *G.* ‖ 27. pecunia] quoniam *GP*, commutatio *Rigaltius*, solutio *Goesius.*

est, pulsique agris suis sunt, ueteranusque uictor eo deductus est. G

Illud uero quod saepe respicimus, quod similitudines culturarum comparemus, | potest quidem fieri ut similis G71
conuenientisque culturae etsi sit una facies, plures tamen domini. nam cum pulsi sunt populi potestatique qui locupletiorum fuissent lati fundi, in cuius agro fuissent plures personae, his diuisus et assignatus est. ita quam ille habuerit culturae faciem, quem plures domini acceperunt, erit quidem inter plures similis facies, tamen quisque suum secundum acceptas habere debebit. item contrario euenit ut quod pluribus assignatum est ad unum perueniat dominum, et quamuis dissimiles sint culturae, ut etiam finitiones appareant quae erant inter eos [id est] quibus assignati erant agri, tamen [quoniam], ut saepe inuenimus, uni foco territoria complurium acceptarum adtribuantur. nihil ergo nocere debebunt uarietates et similitudines culturarum; ex quibus, ut nostra fert opinio, nascuntur saepe controuersiae: et aes respicitur, id est quas quique acceptas defendant, quibusque personis redditum aut commutatum sit pro suo.

Saepe etiam unius eiusdemque nominis duo domini acceptam sibi defendunt. quae res quamuis sit confusa, tamen modus minor in possessione maiorem modum sequitur. aliquando autem monumenta eorum quibus assignati sunt agri, aut uocabula uillarum agrorumque, quamuis iusta uidentur, tamen, ut supra et saepe commemora-

4. similes conuenientesque *G.* ‖ 5. sit *om G.* ‖ 6. *fortasse* partitique. ‖ qui *om G.* ‖ 7. *fortasse* agrum. *ita p.* 153 *B* in culta loca quae in centurias erant; *p.* 77 *A* quod sint in omnes partes actus bini in hunc modum. ‖ 8. hic *G.* ‖ et] ut *G.* ‖ quam] quamuis *G.* ‖ 9. quem] quam *G.* ‖ 13. quamuis] quam *G.* ‖ 16. unifoco *G.* ‖ complurimum *G.* ‖ 17. et dissimilitudines *G.* ‖ 19. *malim* respicietur. ‖ 22. hominis *G.*

G uimus, potuerunt aliquando aliqui aliquem numerum, id est aliquantas particulas, remisisse aut uendidisse.

Euenit aliquando, ut in Nolano comperimus, idemque ... diuisio non ab uno puncto concessit, sed ex diuersis limitibus, qui oblique inter se concurrunt. ergo uidendum est qua significantia linearum regio dinosci possit, ut intelligi possit DEXTRA aut SINISTRA DECIMANVM DEXTERIO-
*G*2 REM, aut DEXTRA | aut SINISTRA DECIMANVM SINISTERIOREM.

Praeterea dicuntur et aes miscellum ita eueniunt ut qui a diuo Iulio deducti erant, temporibus Augusti militiam repetissent, consumptisque bellis uictores terras suas repetierunt: in locum tamen defunctorum alii agros acceperunt. ex quo fit ut his centuriis inueniantur et eorum nomina qui deducti erant, et eorum qui postea in locum successerunt. quod tamen hac suspicione nos inuenimus sic esse. cum data assignata nos computaremus, et excederent centuriae modum, reuersi ad originem primam assignationis inuenimus postea adiecta esse nomina in hac condicione qua supra opinati sumus.

Subseciuorum mentio repetenda est. auctores enim diuisionis assignationisque aliquando subseciua rebus publicis coloniarum concesserunt: aliquando in condicione illorum remanserunt. quae quidam [id est coloni] sibi donata uendiderunt, aliqui uectigalibus proximis quibusque adscripserunt, alii per singula lustra locare soliti per mancipes reditus percipiunt, alii in plures annos. quae ex monumentis publicis cognosci possunt.

Collegia sacerdotum itemque uirgines habent agros et territoria quaedam etiam determinata et quaedam ali-

4. *immo* processit. ‖ ex] et *G.* ‖ 6. linearum] quarum *G.* ‖ intelligi, *sic G.* ‖ 9. *post* et *superscriptum* z *rec P.* ‖ 16. esse *om G.* ‖ 17. reuerti *G.* ‖ 20. enim *Goesius*, finem *GP.* ‖ 21. res publica *GP.* ‖ 26. reditos *GP.* ‖ 28. item quos *G.*

quibus sacris dedicata, in eis etiam lucos, in quibusdam *G* etiam aedes templaque. quos agros quasue territoriorum formas aliquotiens comperimus extremis finibus conprehensas sine ulla mensurali linea, modum tamen inesse scriptum.

Praeterea cum ex aliis territoriis ager sumptus est, et subseciua et uacuae centuriae, quae in assignationem non ceciderant, redditae sunt | eis ex quorum territorio *G*73 agri sumpti erant. quae et ipsi aut uendiderunt aut uectigalibus subiecta habuerunt; sicut et aliarum rerum publicarum comperimus, ut supra commemorauimus. non enim omnis ager centuriatus in assignationem cecidit, sed et multa uacua relicta sunt. quorum ea condicio est quae subseciuorum. de quibus Domitianus finem statuit, id est possessoribus ea concessit.

Subseciuorum diximus hanc condicionem esse factam, quod siluae et loca aspera in assignationem non uenerunt. comperimus uero in aliquibus regionibus et pascua et siluas assignatas esse, adscriptumque in formis ita, ILLI [ET ILLE TOT] SILVAS ET PASCVA, IVGERA TOT.

Territoria inter ciuitates, id est inter municipia et colonias et prefecturas, alia fluminibus finiuntur, alia summis montium iugis ac diuergiis aquarum, alia etiam lapidibus positis presignibus, qui a priuatorum terminorum forma differunt: alia etiam inter binas colonias limitibus perpetuis diriguntur. de quibus, id est territoriis, si quando quaestio mouetur, respiciuntur leges ciuitatibus datae, id est coloniis municipiisque et prefecturis. nam inuenimus saepe in publicis instrumentis significanter des-

2. quas ueteritoriorum *G*. || 3. finibus] A (*id est* alibi) lineis *margo P*. || 4. inesse] *fortasse* in aes *uel* in aere. || 9. subiectum *G*. || 11. caecidit *GP*. || 12. quarum *GP*. || 19. ILLI SILVAS ET PASCVA, IVGERA TOT, et ILLE TOT. *Rudorffius*. || 22. aliae etiam *GP*. || 26. quaestio *G*. || ciuibus *G*.

G cripta territoria: uocabulis enim aliquorum locorum conprehensis incipiunt ambire territoria.

Illud uero quod compertum est, pluribus municipiis ita fines datos, ut cum pulsi essent populi, [et] deducerentur coloni in unam aliquam electam ciuitatem, multis, ut supra et saepe commemorauimus, erepta sunt territoria, et diuisi sunt complurium municipiorum agri, et una *G*74 limita|tione conprehensa sunt: facta est pertica omnis, id est omnium territoriorum, coloniae eius in qua coloni deducti sunt. ergo fit ut plura territoria confusa unam faciem limitationis accipiant. aliquibus uero auctores diuisionis reliquerunt aliquid agri eis quibus abstulerunt, quatinus haberent iuris dictionem: aliquos intra muros cohibuerunt. itaque, ut frequenter nimis diximus, leges datae coloniis municipiisque intuendae erunt. nam et compluribus locis certos dederunt fines, intra quos iuris dictionem habere deberent. cum non potuerit uniuersus ager in assignationem cadere propter aut asperitatem locorum aut prerupta montium, quamuis excederent fines lege datos, tamen, quoniam uacabant, concessi sunt his quorum finibus sumpti erant, nec tamen iuris dictio concessa est. saepe etiam r. p. ager donatus est. si quando tamen, ut supra diximus, quaestio de his moueatur, leges coloniarum aut municipiorum respiciendae erunt.

Sed et pagi saepe significanter finiuntur. de quibus non puto quaestionem futuram, quorum territoriorum ipsi pagi sint, sed quatinus territoria. quod tamen intellegi potest uel ex hoc, magistri pagorum quod pagos lustrare

5. coloniae *G.* || 7. complurimum *G.* || 9. territoriorum ***P***, territorium *G.* || colonia deducti *G.* || 10. una *G.* || 11. aliquando *Goesius.* || 12. agris eis *GP. fortasse* agri, id est. || 14. nimis] inuenimus *GP.* || 15. cumpluribus *G.* || 20. *usitatius* ex quorum. || 22. tamen] tantum *G.* || 23. quaestio *G.* || 24. aut *G*, ac *P.* || 25. significantuer *G.* || 26. *et p.* 165,2 quaestionem *G.* || 27. *clarius* territoria eorum.

soliti sunt; uti trahamus quatinus lustrarent. si uero de *G*
ipsis pagis quaestionem quis moueat, amplae rei negotium
mouebitur. respiciendum tamen, ut saepe diximus, a qui-
bus ex utrimque locantur. nam et quotiens militi preter-
eunti aliiue cui comitatui annona publica prestanda est,
si ligna aut stramenta deportanda, quaerendum quae ciui-
tates quibus pagis huius modi munera prebere | solitae *G*75
sint. praeterea et regiones solent etiam diuersa sacra fa-
cere: ita uidendum erit qualiter pagi sacra faciant.

Gracchanorum et Syllanorum limitationum mentio
habenda est. in quibusdam enim regionibus, ut opinamur,
isdem lapidibus limitibusque manentibus post assignationes
posteriores, duces facti sunt. quibusdam autem, limitibus
institutis, alii lapides sunt positi, etiam eis manentibus quos
Gracchani aut Syllani posuerunt. de qua re diligenter
intuendum erit, ut eos lapides eosque limites conprehen-
damus, qui postremo per auctores diuisionis positi sunt.

Preterea [cum] auctores assignationis diuisionisque,
non sufficientibus agris coloniarum, quos ex uicinis terri-
toriis sumpsissent, [et] assignauerunt quidem futuris ci-
uibus coloniarum, sed iuris dictio eis agris qui assignati
sunt penes eos remansit ex quorum territorio sumpti
erant. quod ipsud diligenter intuendum erit et leges res-
piciendae.

1. *puto* ut intueamur quatinus lustrent. || 3. saepe] *an* supra? *p.* 162,25 || a *om GP.* || 4. ex utrimque *P*, ex utri°que *G*. preterea iuncti alii. uel cui comitatus *GP. correxit Turnebus.* || 9. pagis *GP.* || 10. limitationem *G.* || 11. enim] etiam *G.* || 13. duces] decus *uel* decusses *Rigaltius.* || 14. aliis, alii *Goesius.* || 21. *Hyginus de condic. p.* 119,9 ut eis agris - iuris dictio esset coloniae eius. || 22. penes *Salmasius*, per *G.* || 24. EXPLICIT SAECULI FLACCI LIBER *G.*

A 110

HYGINI
DE LIMITIBVS CONSTITVENDIS.

B 208 Inter omnes mensurarum ritus [siue actus] eminentissima traditur limitum constitutio. est enim illi origo caelestis et perpetua continuatio, cum quadam latitudine recture diuidentibus ratio tractabilis, formarum pulcher habitus, ipsorum etiam agrorum speciosa designatio. cons- *A* 111 tituti enim limites non sine mundi ratione, | quoniam decumani secundum solis decursum diriguntur, kardines a poli axe. unde primum haec ratio mensure constituta ab Etruscorum aruspicum [uel auctorum habet, quorum ar- *B* 209 tificium] disciplina; | quod illi orbem terrarum in duas partes secundum solis cursum diuiserunt, dextram appellauerunt quae septentrioni subiacebat, sinistram quae ad meridianum terrae esset, ab oriente ad occasum, quod eo sol et luna spectaret; alteram lineam duxerunt a meridiano in septentrionem, et a media ultra antica, citra pos-

1. 2. INC HYGYNI CONSTITVTIO *A*, liber gromaticus hygyni. de diuisionib. agrorum explicit inc. lib. hygini. gromaticus *B* *p.* 207, INC. KYGENI AVGVSTI LIBERTI DE LIMITIB. CONSTITUENDIS *G* *p.* 90, DE LIMITIBUS CONSTITUENDIS *G* *p.* 203. || 3. ritus aeminentissima siue actus *B*. || 5. latitudinem *AB*. || 6. recturesac *B*. || diuidea..uos ratio tractauilis *duabus litteris ante* uos *erasis A*. || pulcher ei *B*. || 7. etiã *A*, et *B*. || constitui *A*. || 8. rationem *A*. || 9. *de*cursum *erasis litteris* de *A*. || 10. axem *A*. || au etruscorum haruspicum *B*. || 11. *uncis inclusa per rasuram deleta A*: *sed ubi in B est* t. quorũ, *A tantum duas litteras habuit*. || 13. secundum *bis A*. || diueserunt *B*. || 14. que *A*. || que *A*. || 15. esse*t littera* t *transfixa B*, esse *A*. || ab oriente *addidi*. || ad] et *B*, *om A*. || occansum *B*. 16. sole*nt* luna spectare *B*. || 17. in *A*, ad *B*. || a mediam *A*. || anticam *AB*. || posticam *AB*.

tica nominauerunt. ex quo haec constitutio liminibus templorum adscribitur. (fig. 127.) *AB*

Ab hoc exemplo antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus incluserunt. primum duos limites constituerunt. unum, | qui ab oriente in occidentem dirigeret. *G* 90. 203 *B* 210
hunc appellauerunt duodecimanum ideo quod terram in duas partes diuidat | et ab eo omnis ager nominetur. alterum a meridiano ad septentrionem; quem kardinem | nominauerunt a mundi kardine. (fig. 128.) *A* 112 *G* 204

Duodecimanum postea decimanum appellauerunt. quare a decem potius quam a duobus? sicut dipundium nunc dicimus duopondium, et quod dicebant antiqui duouiginti nunc dicimus uiginti, similiter duodecimanus decimanus est factus.

Reliquos limites fecerunt angustiores, et qui spectabant in | orientem prorsos, qui ad meridianum, transuersos appellauerunt. (fig. 129.) | limites autem appellati a limo. id est antiquo uerbo transuersi: nam | et linum cinctum ideo quod purpuram transuersam habeat, item limina os- *B* 211 (*G* 204) *E* 35 *G* 91 *A* 113

Esernia, oppidum muro ductum. iussu Neronis est *G*174 deductum. | *iter populo debetur* ped. L. in centuriis et *Augusteis terminis est assignatus.*

Istoniis, colonia. ager eius per centurias et scamna est assignatus. finitur sicuti ager Bobianus.

Iobanus. ager eius ea lege continetur qua et ager Eserniae.

Larinus lege Iulia est assignatus. iter populo debetur ped. X. finitur sicut ager Corfinius.

Solmona ea lege est assignata qua et ager Eserniae.

INCIPIVNT NOMINA CIVITATVM APVLIAE.

Ager Ausculinus lege Sempronia et Iulia est assignatus. ubi est d. in oriente, k. in meridianum. finitur per terminos et terrarum tumores, aliquibus locis arboribus ante missis et uiis, sed et collectione petrarum. *in centuriis singulis iugera* CC.

Ardona et Aspanus. agri earum ea lege et diuisione sunt assignati qua et ager Ausculinus.

Canusinus ager. iter populo non debetur. finitur uiis et signis quibus in libris descripsimus. *in centuriis singulis iugera* CC. d. in oriente.

3. *conf. G supra p.* 255,3.12. || 6. nymphis] *sic GP.* || 7. *conf. p.* 233,14. || 14. *Larinates in secunda regione ponit Plinius.* || 16. *Colonia Solomontina p.* 229,8 *in prouincia Valeria.* || 17. *add* ET CALABRIAE *GP.* || 18. *conf. p.* 210,10. || 23. *conf. p.* 210,10 *Herdonia et Arpanus.* || 25. *conf. p.* 210,8.

Comsinus. ager eius limitibus Graccanis. iter po- *G*
pulo non debetur. finitur sic uti ager Canusinus.

Conlatinus, qui et Carmeianus, *et qui circa montem Garganum sunt, finiuntur sicut ager Ausculinus.*

Eclanensis. iter populo non debetur. ager eius in centuriis singulis iugera CCXL, *actus numero* XX *et per* XXIIII, *lege est assignatus* qua et ager Canusinus. *d. est in oriente.*

Lucerinus ager kk. et dd. est assignatus: sed cursum solis sunt secuti, et constituerunt centurias contra cursum orientalem. finitur sic uti ager Ausculinus.

Salpis, colonia, littore terminatur. finitur finitimis muris, uiis, aquarum ductibus, fossis. *in centuriis singulis iugera* CC.

Sipontum | ea lege et finitione est qua et ager Sal- *G* 176
pinus.

Teate. iter populo debetur. ager eius finitur uiis sepulturis et ceteris signis, sicut consuetudo prouintiae est.

Venusinus.

CIVITATES PROVINTIAE CALABRIAE.

Quando terminauimus prouinciam Apuliam et Calabriam secundum constitutionem et legem diui Vespasiani, *uariis locis mensurae actae sunt et iugerationis modus collectus est. cetera autem prout quis occupauit posteriore tempore censita sunt et possidenti assignata. alia loca pro aestimio ubertatis precisa sunt.* finiuntur enim

3. *conf. p.* 210,7. || Camerianus *Scaliger.* || 5. *conf. p.* 210,4. || 9. *conf. p.* 210,15. || 12. *Salipia.* || quia colonie omnes que ad mare ponuntur littore maris terminantur *Boethius p.* 1538. || litore *P.* || 13. *conf. p.* 210,11. || 14. *conf. p.* 210,12. || 16. *Teanum Apulum. conf. p.* 210,14. || 19. *conf. p.* 210,7. || 20. PROVINTIA *G.* || 23. *conf. p.* 211,5.

G terminibus, riuis, fossis, arboribus ante missis, tumore terrae, collectione petrarum, sed et naturalibus signatis lapidibus, uiis, sepulchris, arboribus peregrinis; sed et aliis signis quibus superius in libris docuimus.

Ciuitates autem hae sunt.

Brondisinus ager pro aestimio ubertatis est diuisus: cetera in saltibus sunt assignata. diuiduntur sicut supra legitur prouintiam esse diuisam.

Botontinus, Caelinus, Genusinus, Ignatinus, *Lyppiensis*, Metapontinus, Orianus, Rubustinus, Rodinus, *Tarentinus, Varinus,* Veretinus, Vritanus, Ydrontinus, ea lege et finitione finiuntur qua supra diximus.

1. Tumor terrae finitimus *margo P.* ‖ 9-11. *conf. p.* 211,2. ‖ 10. robustinus *P.* ‖ 11. uarnus *GP.* ‖ 12. *add* maxime autem uicinorum exempla sumenda sunt. et consuetudines regionum intuendae. ut secundum signorum ordinem atque rationem ueritas declaretur. EXPLICIT *GP.*

LEX MAMILIA, ROSCIA, PEDVCEA, ALLIENA, FABIA. *A* 159 *G* 165

K. L. III.

Quae colonia hac lege deducta quodue municipium *B* 283
praefectura forum conciliabulum constitutum erit, qui ager
intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti
erunt, quo in loco terminus non stabit, in eo loco is
cuius is ager erit terminum restituendum curato, uti quod
recte factum esse uolet, idque magistratus qui in ea | co- *A* 160
lonia municipio praefectura foro conciliabulo iure di-
|cundo praeerit facito uti fiat. *B* 284

K. L. IIII.

Qui limites decimanique hac lege deducti erunt, quae-
cumque fossae limites in eo agro erunt qui ager hac lege
cui datus adsignatus erit, niquis eos limites decimanosue
obsaépito, neue quid in eis |molitum neue quid ibi oppo- *G* 166

2. ALLIAENA *A*, ALLENA *G*. || FAVIA *G*. || 3. K. L. *A*, KL *G*. *sic et infra*. || 4. hanc lege *B*, élege *A*. || quoiure *AB*. || 5. praefecturam *AB*. || et conciliabolum *A*. || 6. inter adfines *AB*. || terminos *B*. || 6.7. statuerunt cum in *B*. || 7. lo *A*. || extauit *G*. || loco his *ABG*. || 8. is *G*, .s̄s̄. *AB*. || curam *B*. || ut quae rectae factum esse uelit *G*, que recta autum actum esse uellit *A*, q. rectam has actum esse uelit *B*. *correxit Rudorffius*. || 9. id quod *B*. || magestratus *A*. || coloniam *A*. || 10. municipio prefectura *G*, magis praefuit *B*. || foro conciliabulo *om AB*. || iuris dicundi *AB*. || 11. preerit *G*. || facto *AB*. || ut *BG*. || 12. K. L.] ι *B*. || 13. *mi*li^{mi}tes *G*. || decumani *G*. || que] qui *ABG*. || hac *G*, in *AB*. || lige *A*. || derecti *puto*. || era^{v}nt *G*. || quacūque fosse *A*, quicumquo possae *B*. || 14. ager *om AB*. || hanc lege *B*, ac lege ager *A*. || 15. cui] cum *AB*, *om G*. || assignatus *G*. || nequis *BG*. || decimani *B*, decumanos *G*. || ue] ne *G*, nec *B*, non *A*. || 16. obsepito *Lipsius:* obsequi *AB*, obseptos *G*. || neuae quit *A*, neq. quis *B*. || in ehis *B*. || molestum *B*, immolitum *G*. || neceo quit *AB*. || positum *G*, hos positum *B*

ABG situm habeto, neue eos arato, neue eas fossas opturato neue qui saepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. siquis aduersus ea quid fecerit, in res singulas, quotienscumque fecerit, $\overline{ss}$ IIII colonis municipibusue eis
B 285 in quorum agro id factum erit |dare damnas esto, pecu-
6 niaeque qui uolet petitio hac lege esto.

K. L. V.

Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium praefecturam forum conciliabulum constituerit, in eo agro,
10 qui ager intra fines eius coloniae municipii fori conciliabuli praefecturae erit, limites decimanique ut fiant terminique statuantur curato. quosque fines ita statuerit, ii fines eorum sunto; dum ne extra agrum colonicum territoriumue fines ducat. quique termini hac lege statuti
15 erunt, nequis eorum quem eicito neue loco moueto sciens
B 286 dolo malo. siquis aduer|sus ea fecerit, is in terminos sin-

1. habet *AB*. || neuae *A*, ne uel *B*. || aratio *B*. || neuae *A*, ne uel *B*. || eis *AB*. || 2. neue quis saepito *G*, nequae qui sepito *A*, ne qui qui serito *B*. || sui itenere *A*, sunt itine *B*. || re *B*, iure *G*. || flere *A*. || 3. posset *B*. || quid] quæ *B*. || 4. ~~ss~~ .IIII. *GP*, .IIII. s. *A*, .VIII s. $\overline{ss}$. IIII. *B*. || coloniae *B*. || ue eius *G*, eisaq. *A*, eisadq. *B*. || 5. in coruno agrod. factum *B*. || dare damnas *G*, d. d. *B*, deinde *A*. || pecuniaequae *B*, pecuniq. *A*, pecuniae *G*. || 6. petito *A*, spetitio *B*. || ac *AB*. || leges (*om* esto) *B*. || 7. K. v. v. *B*. || 8. ac *A*, hanc *B*. || legem *B*. || prefecturam *G*. || 9. fora *A*, foro *G*. || conciliabula *ABG*. || constituerat *B*. || 10. eius] *add* qui *AB*, quae *G*, que *P*. || munitur *A*. || fore *A*, *om B*. || conciliaboli *A*. || 11. prefecturae *G*. || erint *AB*. || decimanoque *A*, decimani quia *B*, decumanique *G*. || terminiquae *A*, termini qui *B*. || 12. quosque *Rudorffius:* quique *AG*, quoque *B*. || fenes *A*. || ita] in *B*. || statueris *B*. || 13. ii *Rudorffius:* si *BG*, *om A*. || horum *B*. || sunt *G*, sua acto *AB*. || agrom *A*. || 14. ue] ut *AB*, *om G*. || hanc *B*, ac *A*. || statuterunt *B*. || 15. eorumq. mecito *B*, quem eorum eicito *G*. || neuae *A*, *om B*. || loco *A*, *om BG*. || *con*moueto *A*, commoueto *BG*. || ssciens *B*, insciens *A*. || 16. is *om A*. || singulis *B*.

gulos, quos ejecerit locoue mouerit sciens dolo malo, *ABG*
$\overline{ss}$ v m n. in publicum eorum, quorum intra fines | is ager *A* 161
erit, dare damnas esto. deque ea re curatoris, qui hac
lege erit, iuris dictio recipératorumque datio addictio
esto. cum curator hac lege non erit, tum quicumque ma-
gistratus in ea colonia municipio praefectura foro conci-
liabulo iure dicundo praeerit, eius magistratus de ea re
iuris dictio iudicisque datio addictio esto. inque eam rem
is qui hac lege iudicium dederit testibus publice dum ta-
xat in res singulas | x denuntiandi potestatem facito ita *B* 237
ut e re publica fideque sua uidebitur. et si is unde ea 11
pecunia petita erit condemnatus erit, eam pecuniam ab
eo deue bonis eius primo quoque die exigito, eiusque
pecuniae quod receptum erit, | partem dimidiam ei dato *G* 167
cuius unius opera maxime is condemnatus erit, partem

1. loco uel *B*. || insciens *A*. || .d. m. *A*, .d. d. *B*, *add* hoc est dum modo *A*. || 2. $\overline{ss}$. um. n. in *A*, $\overline{ss}$. Omnino *B*, $\overline{ss}$ xxv. In *G*. || fines his *A*, fine sunt his *B*. || 3. dare damnas esto *Turnebus:* adesto *ABG*. || deque ei re *A*, d. aeq. ei re *B*. || curatores *AB*. || quae *A*. || hanc *B*. || 4. gerit *G*. || reciperatorumquae *B*. || ^{d}ratio addicito *G*, ratio adicitio *A*, xx. additio *B*. || 5. cum *AB*, tum *G*. || haec *B*. || tum *B*, cum *A*, tunc *G*. || quicumque ... 7. conciliabulo *om A*. || 6. prefectura foro conciliabulo *G*, foro conciliabulo praefectura *B*. || 7. iuris dicundi *AB*. || preerit *G*. || eius. eius *A*, eius aeris *B*. || 8. iudicisquae dati *B*. ydatio *A*. || adictio *A*, ac dictio *B*, addicito *G*. || in qua re *B*. || 9. his *AG*. || hanc legem *B*. || publicis *AB*. || 10. in res] inter *A*. || x *Turnebus:* $\overline{ss}$. $\overline{x}$. *G*, $\overline{ss}$. $\overline{x}$. milia *A*, sedsitertius decem milia *B*. || denununtiandi *A*. || potestatem *G*, ac testate *B*, haecessantem *A*. || 11. he re *B*, aere *G*. || publica *G*, rp. *A*, reip. *B*. || fideique *G*, fideiquae *A*, fitaeque *B*. || is unde *G*, duo sunt de *AB*. || 12. petita erint *B*, petierint *A*. || 13. eodem bonis sub eius *B*, eodem ut denique eius *A*. || 13. die *G*, tempore *AB*. || 14. praeceptum *B*. || dimidiam] *add* in publico redigito *B*. || ei dato *Rudorffius:* ei *G*, et *AB*. || 15. huius unius *AB*. || operam *A*. || maxime *AG*, actione *B*. || his *AB*. || erat *AG*. partem .. *p.* 266,1. redigito *om B*

ABG dimidiam in publicum redigito. quo ex loco terminus aberit, siquis in eum locum terminum restituere uolet, sine fraude sua liceto facere, neue quid cui is ob eam rem hac lege dare damnas esto.

1. in publico *A*. ‖ quod *G*. ‖ ex *G*, in *AB*. ‖ haberit *AB*. ‖ 2. siquid *G*. ‖ restituaere *A*. ‖ sine *G*, summa et sine *AB*. ‖ 3. sua fraude *G*. ‖ licito *AB*, licet *G*. ‖ quid cui *A*, quiccui *B*, id quid cui *G*. ‖ his *AB*. ‖ 4. legem *G*. ‖ dare *add Rudorffius*. ‖ exp. kygyni. gromatici. constitutio. feliciter. *A*, liber. hygini. gromaticus. exp. *B p.* 288 *summa*.

EX CORPORE THEODOSIANI *E*2 *G*3

SECVNDO LIBRO TITVLO DE FINIVM REGVNDORVM.

IMP. CONSTANTINVS AVG. AD TERTVLLIANVM VIRVM PERFECTISSIMVM COMITEM DIOCESEOS ASIANAE. Siquis super inuasis sui iuris locis prior detulerit quaerimoniam, quia finalis coheret de proprietate controuersiae, prius super possessione questio finiatur, et tunc agri mensor ire precipiatur ad loca, ut patefacta ueritate huius modi litigium terminetur. | quod si altera pars, locorum adepta dominium, subterfugiendo moras adtulerit ne possit controuersia definiri, a locorum ordine selectus agri mensor dirigatur ad loca; ut si fidelis inspectio tenentis locum esse probauerit, petitor uictus abscedat; at si controuersia eius claruerit qui primo iudiciis detulerit causam, ut inuasor ille poena teneatur edicti, si tamen ui ea loca eundem inuasisse constiterit: nam si per errorem aut incuriam *G*4

1. EX ... 2. TITVLO *E*, *om G.* || 2. titulo diffiniunt *E.* || regendorum *E*, REG̃ *G.* || 4. Impr̃ *E.* || .a. *E.* || TERTULIANUM V̄ P̄ *G.* || 5. DIOCESSEOS *G*, *non P.* || 6. quia] quae *EG.* || 7. finali *EG.* || proprietatis controuersiae cohaeret *l.* 3 *Iustin. Cod.* 3,39. || de] cum *EG.* || prius tamen in iudicio super *Boethius p.* 1538. || 8. possessionem *E.* || mensori repreciatur *E.* || ad loca ire praecipiatur *Boethius.* || 9. ut *om E.* || 10. dominum *E.* || 11. afferet *E.* || 12. diffiniri *E.* || a *addidi.* nihilo minus agri mensor in ipsis locis iussione rectoris prouinciae una cum obseruante parte hoc ipsum faciens perueniet *l.* 3 *Iustin. Cod.* 3,39. || ordines et electus *E*, ordines et directus *G.* || 14. at] ac *E*, et *G.* || controuersiae eius *G.* || 15. iudiciis *E*, *om G.* || 16. edicti *E*, addictus *G.* || uim *E.* || eundem *om E.* || 17. constiterint *E.* || incuria *E.*

EG domini loca [data] ab aliis possessa sunt, ipsis solis cedere debent. Dat. VIII kl. Mar. Gallicano et Symmacho consulibus.

IDEM AVG. AD BASSVM P. VIRVM. Si constiterit eum qui finalem detulerit quaestionem, prius quam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare uoluisse, non solum id quod male petebat amittat, sed quo magis unus quisque contentus suo rem non expetat iuris alieni, is qui inreptor agrorum fuerit, in lite superatus tantum agri modum quantum diripere temptauit amittat. Lecta apud senatum XII kl. Iul. Gallicano et Symmacho conss.

IDEM AVG. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. POST ALIA. Si finalis controuersia fuerit, tum demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud presidem, esse constiterit; cum de maiore spatio causa, quoniam non finalis sed proprietatis est, apud ipsum praesidem debeat terminari. et si socius quid petat a socio, ante praeses iudicet an praestari aliquid oporteat, et tunc demum illud per arbitros restituatur quod constiterit esse soluendum. Dat. kl. Aug. Basso et Ablauio conss.

1. data *G*, *om E et l. 5 Iust. Cod.* 8,4. || ipsis solis cedere *EG*, sine poena possessio restitui *Iust. Cod.* || 2. debet *G et Iust. Cod.*, debere *E*. || Datur XVIII K MR *E*. || 3. consulibus *om E*. || 4. ITEM *G*. || AVGVSTVS *P*, .a. *E*. || P V *G*, pum *E*, praefectum urbi *l. 4 Iust. Cod.* 3,39 *cum parte codicum Breuiarii Theod. Cod.* 2,26,2, pf. p. *alii*. || 5. retulerit *EG*. || sentiat *E*. || 6. rem *G*, Nam si rem *E*. || uoluisset constiterit non *E*. || 7. quo] quod *EG*. || 8. unus quisque *om G*. || suo *l. 4 Iust. Cod.* 3,39: suam *EG*, *item unus Breuiarii*. || expectat *EG*. || alienus. qui in repertor *E*. || 9. fuerat *E*. || 11. apud acta *Breuiarium et Iustin. Codex*. || conss. *om E*, SS *G*. || 12. ITEM *G*. || 13. tum *E*, tunc *G*. || arbitros non negentur *E*. || 14. intra *G*, contra *E*. || 15. esse ... 17. ipsum praesidem *om E*. || consisterit *G*. || 16. quoniam] quaedam *G*. || 18. aliquid *om E*. || 20. ablauio *E*, abladio *G*. || 21. conss. *E*, SS *G*.

IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. *EG*5
NEOTERIO P. P. O. K. V. Quinque pedum praescriptione summota finalis iurgii uel locorum libera peragatur intentio. sola sit igitur huius modi litibus una praescriptio quae improbi petitoris refrenare possit inuidiam, si ueteribus signis limes inclusus finem congruum erudita arte prestiterit. nec uero prolixioris temporis in huius modi iurgiis locum habebit ulla | prescriptio, cum diuturno otio *E*3
alienum rus quis se asserat diligentius coluisse; quando omne huius modi iurgium solo praecipimus iure discingi, quo artis huius peritis omnem commisimus sub fideli arbitrio notionem. Prop. Alexandriae VII kl. Aug. Arcadio Augusto et Bautone conss.

IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO P. P. O. Cunctis molitionibus et machinis amputatis finalibus iurgiis ordinem modumque praescripsimus, ac de eo tantum spatio, hoc est pedum quinque qui ueteri iure praecepti sunt, sine obseruatione temporis arbitros iussimus iudicare. quod si loca in controuersiam ueniant, sollemniter de his iudices recognoscent: et seu ciuilis seu criminalis actio conpetet, tribuetur ita ut causa cognita

1. archadius *E*. || 2. NEUTERIO *G*, neotherico *E*. || PPO. KV. Quinq. *G*, ppo. v. *E*. || 4. huius modi igitur *G*, *non EP*. || legibus *EP*, legis *G*. || 6. signis limes inclusus finem *E*, finem cum signis limes inclusus *G*. || 7. iurgiis *E*, *om G*. || 9. quisquam se asserat *E*, quisque asserat se *G*. || 11. artis *G*, aruis *E*. || arbitrio nationem *E*, arbitratione iudicium (*sed iidem* omnem) *GP*. || 12. PP. alexandria *E*, Dat. *G*. || kl. ags. *E*. || archadio et *E*, augusto et *G*. || 13. conss. *E*, ss. *G*. || 14. archadius *E*. || et *E*, *om G*. || a. a. a. *E*, AVG *G*, Augusti *P*. || RVFINO *l.* 6 *Iustin. Cod.* 3,39, rufo *EG*. || 15. ppo *E*, P. P. *Iust. Cod.*, PPK *G*. || motionibus *P*, monitionibus *G*. || et magnis *E*. || 16. iurgiis omnem modum quem prescribimus hac (ac *P*) de *G*. || 18. prescripti *G*. || 19. sollempniter *E*. || 20. de his *om G*. || iudicare cognoscens *G*. iudica recognoscens *Turnebus*. || et *om E*. || 21. competit *E*.

EG et redhibitioni obnoxius decernatur nec poenam conuictus effugiat. Dat. prid. non. nouemb. Constantinopoli Arcadio II et Rufino conss.

PAVLI SENTENTIARVM LIBRO QVINTO TITVLO DE POE-
5 NIS. Qui terminos effodiunt uel exarant arboresue finales uel terminales euertunt, si quidem serui ex sua sponte fecerunt, in metallum damnabuntur, humiliores in opus
G6 | publicum, honestiores in insulam amissa tertia portione bonorum relegantur.

1. redibitioni *E*, reddibitione *G*. || obnoxios *E*. || 2. nouenli *E*. || constinop̄ archadio. II. *E*, Constantino pio et arcadio bis et rufino *G*. || conss̄. *E*, sss̄. *G*. || 4. EX LIBRO *G*. || TITVLO] t̄. *E*, *om* *G*. || 5. arbores uel *EG*. || finales uel *E*, *om* *G*. || 6. subuertunt *G*. || ex *E*, *om* *G*. || 7. faciunt *G*. || dampnabuntur *E*. || 8. in insula *E*. || tertiam (tertia *P*) parte bonorum relegabuntur (religabuntur *P*) *G*.

DE SEPVLCHRIS.

*G*6 *J*142

[IMP. TIBERIVS CAESAR TRIVMVIRIS IVLIO M. ANTONIO ET LEPIDO. De ea lege agrorum custodienda et limitum fide constare oportet, quem admodum decumanis antehac adsignatum est, cum ager diuisus militi traderetur, ut extremis ac conpaginantibus agros limitibus uel uiis monumenta sepulchraue sacrarentur. nam] quidam rationem agrorum per eas recturas putant obseruari, quo uergant itinera ante colonias munita: in quibus si monumenta constituta inueniuntur [uel constituuntur], putant esse finalia.

Nam monumentum plurimis est constitutum rationibus. est unum quod ad itinera publica propter | testimonium perennitatis est constitutum [uel quod constituitur]: *A*151
quod rationem finium non recipit, nisi forte inter conuenientes ager diuisus pactione fuerit. est et aliud quod proximis aedibus suis unus quis miles uel consors condidit in portionibus suis, ut ad progeniem futuram testis loco heredibusue suis uice instrumentorum tabellarumue possessionis causam monstrauerit: quod aeque nullam limitum recipit rationem. est et aliud quod longe ab aedibus [uel itinera publica] constitutum [id] est iuxta legem

2. triumuiralibus Marco Antonio et Lepido *J*, *om G.* ‖ 3. custodiendorum *J.* ‖ 4. fidem stare *GJ.* ‖ quem admodum] quod ad noitum *J*, quae adnonanitum *G.* ‖ 6. ac *JP*, a *G.* ‖ agris *GJ.* ‖ uel uiis] ue suis *GJ.* ‖ 7. quadam *G.* ‖ 8. quod *J.* ‖ uergant] uiae et *G*, uiae *J.* ‖ 9. munita] nominata *G*, nominatas *J.* ‖ si *om GJ.* ‖ 10. putent *G.* ‖ 14. ratione *A.* ‖ 16. proxime ab aedibus *Goesius.* ‖ suis *idem:* uix *G*, *om A.* ‖ milex *A.* ‖ condedit *A.* ‖ 17. ut] uel *AG.* ‖ 17. 18. heredibus ue suis testis loco *G.* ‖ 18. heribusue *A.* ‖ 19. causam *Goesius:* causa *AG.* ‖ quod eaque nulla *A.* ‖ 20. quod *A*, quod non *G.* ‖ 21. itenera *A.* ‖ iuxta lege sempronia et iulia *A.*

AG Sempronium et Iuliam, quod kardinibus et decimanis esse constitutum monstratur: quod rationem finium recipere uidetur, id est concurrentium linearum adque secantium se inuicem, et ordinem in utrosque custodit, limitum rationem discernens. nam et alia intra agros sunt sita, quae partes limitum seruant et iuxta perennem rationem unam lineam mittunt: haec iugerationis modum seruandi causa *G*7 sunt | sita; quibus etiam termini lapidei adpositi certam distinctionem dant: quos apparet non ad fidem nec rationem eorum limitum qui maiorem modum agri respiciunt pertinere.

Eorum igitur sepulchrorum sequenda est constitutio, quae extremis finibus concurrentibus plures decursus *A*182 agrorum spectant adque | multo longiores discretiones linearum perennes admittunt.

Sunt etiam monumenta in itineribus constituta quae fidem publicam tenent: si tamen idem uiae publice cursus finitimus repperitur, finalia esse arbitramur. omne enim monumentum dominorum nomina testatur, quaad iura possessionum pertinere noscuntur.

[Et ideo hanc legem dedimus rationemue declarauimus, ut aere contineatur. Data Rom. kal. april. Tiberio (*A*) Caesare consule in aede Veneris genetricis.] (fig. 210.)

1.2. constitutum esse *G*. ‖ 2. ratione *AG*. ‖ 3. atque *G*. ‖ 4. in utroque *P*? ‖ 5. discernit *A*. ‖ agrum *Boethius* 24*b*, agro *P*. ‖ sita que *A*, itaque *Boethius*. ‖ 6. militum *AG*. ‖ et iuxta ... 7. haec] in quo enim *Boethius*. ‖ perrennem *A*. ‖ 7. haec *A*, hae (heae *P*) autem *G*. ‖ 9. quos *G*, quod *A*. ‖ oportet *AG*. ‖ finem *Turnebus*. ‖ 10. recipiunt *AG*. ‖ 12. Eorum ... constitutio] ideo sepulchra sequenda sunt *Boethius p*. 1539. ‖ 13. concurrentibus *Boethius*, concurrentis *A*, concurrentes *G*. ‖ uecursus *A*, concursus *Boethius*, cursos *G*. ‖ 14. expectant *G et Boethius*. ‖ adque ... 18. arbitramur *om Boethius*. ‖ atque *G*. ‖ 15. perennis *A*. ‖ amittunt *G*, ammittunt *P*. ‖ 16. in *om A*. ‖ 17. si tamen eiusdem uiae cursus *G*. ‖ 18. omnia enim monumenta dominos testantur *Boethius*. ‖ omnē *A*. ‖ 19. testantur *A*. ‖ quae ad *AG*. ‖ 22. conteneatur *A*. ‖ Dāt. *G*. ‖ 23. cons̄. *A*. ‖ in aedem beneris genetricis *A*, *om G*.

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. NVMO [MAGNO] MAGISTRO OFFICIORVM. POST ALIA. [Precipimus itaque, agri mensor bonus ut] pro laborum uicissitudine [geometricae artis, si fundi cui finem restituens in trifinii rationem institerit et conuenientiam trium centuriarum ibidem esse signauerit, tres aureos accipiat absque sua pulueratica. quod si limitem direxerit, uolumus ut per singulas possessionis uncias singulos aureos accipiat pro intentione quae inter partes sopietur. ET CETERA.] G

IDEM AA. FLORENTIO P. P O. Ope atque auxilio nostrae clementiae [de magistris agrorum geometriae, uel de finium regundorum arbitris, uel maxime de discipulis eorum, curam agentes sancimus ut spectabiles scribantur, et usque dum professi fuerint, clarissimi scribantur. ET POST ALIA. Quicumque non fuerit professus, super hac | lege sancimus damnari, si sine professione iudicauerit, Gs ut capitali sententia feriatur. nam et] usum armorum discere conpelluntur [agri mensores.] Dat. v kl. Mar. Constantinopoli Theodosio A. cons.

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AVG. CYRO P. P. ORIENTALIVM. Suggestionibus tui culminis semper magnum

3. agri mensoribus ut *G.* ‖ pro laborum uicisitudine *G. haec uerba, item inscriptio, petita ex Nou. Theod. tit.* 24. ‖ 4. si *om G.* ‖ 5. steterit *G.* ‖ 8. pro intentionem *P.* ‖ 10. ITEM *G.* ‖ 11. magistris *Rigaltius:* magisteriis *G.* ‖ 12. arbitris *om G.* ‖ 13. cura magna sancimus *G.* ‖ 15. quoniam qui non *G.* ‖ 17. ut *om G.* ‖ usu *G.* ‖ dediscere *de limitaneis militibus pr. Nou. Theod. tit.* 4, *ex qua constitutione haec nostra efficta est.* ‖ 18. mart. *P.* ‖ constantinopolim *G.* ‖ 19. XVI cos. *Nou.* ‖ 20. CYRO *Nou. Theod. tit.* 20: CIRCA *G.* ‖ 21. ORIENTALIUM *G*, et consuli designato *Nou.* ‖ Suggestionibus tui culminis *Nou., om G.*

G aliquid rei publicae conferendi materia ministratur, quod semper nobis aliquid porrigitur emendandum. quanta itaque magnitudinis tuae prouincialium cura est, per eas quoque indubie declaratur.

§ 1 Alluuionum, quae contingere solent in praediis que 6 ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est ut semper incerta possessio, incertum sit eius dominium quod possessori per alluuionem adcrescit. nam quod hodie possidemus, non numquam altero die uicini fundi domi- 10 nio in alteram fluminis ripam translatum adquiritur: nec tamen apud quem adcrescit remanet, sed plerumque redit ad priorem in dominium cum augmento: saepe nec ad posteriorem manet nec ad priorem redit, sed in harena fluminis inundatione soluitur.

§ 2 Ideoque suggestione culminis tui ammittitur [ut iu- 16 dicio agri mensoris finiatur.] non Aegyptiis solis nec de Nili tantum alluuionibus loquimur, sed quod salubre est orbi terrarum atque omnibus prouinciis promulgamus, et ea quae per alluuionem possessoribus adquiruntur, neque 20 ab aerario uendi neque a quolibet peti nec separatim censeri uel functiones exigi perpetuo lege ualitura sancimus; ne uel alluuionum ignorare uitia uel rem noxiam possessoribus indicere uideamur.

§ 3. *G* 9 Similiter nec ea quidem quae palu|dibus antea uel 25 pascuis uidebantur adscripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt,

4. quoq. quae indubiae declarantur *G.* ‖ 5. contingi solet *G.* ‖ 7. intertium sit *G.* ‖ 8. adcrescet *G.* ‖ 11. reddet priorem *G.* ‖ 12. cum aut merito saepe haec ad *G.* ‖ 13. posteriore *P.* ‖ manet nec *Nou.*, manent *G.* ‖ redit sed *Nou.*, fidem *G.* ‖ 14. soluetur *G.* ‖ 15. Ideo suggestionem culminis tui admittentes *Nou. proximis omissis.* ‖ 16. nec de limitatori alluuionum *G.* ‖ 17. quod] cum *G.* ‖ 18. et] ut *G.* ‖ 19. per alluuione *P.* ‖ 20. neque quolibet pretii sed partem recenseri *G.* ‖ 21. perpetua *G.* ‖ 22. ne *om G.* ‖ 24. ea *om G.* ‖ 26. fertilitate *P.*

uel uendi uel peti uel quasi fertilia separatim censeri uel functiones exigi concedimus; ne hi doleant diligentes operam suam agri dedisse culturae, ne diligentiam suam sibi damnosam intellegant. *G*

Huius legis temeratores quinquaginta librarum auri condempnatione coherceri decernimus. inter quos habendum est officium quoque tuae sedis excelsae, si aliquid huius modi suggesserit disponendum, uel si preces instruxerit petitoris. §§ 4 6

Inlustris itaque et magnifica auctoritas tua, suggestione tui culminis hac dispositione tua non ammissa tantum sed etiam collaudata, hanc legem edictis propositis ad omnium notitiam perferri precipiat, [haec agri mensorum semper esse iuditia.] §§ 5 11 (*G* 9)

2. hii *P*, *om Nou. Theod. et l.* 3 *Cod.* 7,41. ‖ 3. ne *G*, nec *Nou. Theod. et Cod. praestat* si. ‖ 5. temeratorem *G*. ‖ 6. condempnationem *G*. ‖ 9. petitor *G. add* Cyre parens karissime atque amantissime *Nou.* ‖ 10. Inbreue itaque magnificauit *G*. ‖ suggestionem *G*. ‖ 11. hac *Goesius,* ac *Nou.*, ad *G*. ‖ dispositionem tuam. non amissa tantum laudata hac lege edicto *G*. ‖ 13. ad omnia notitia *G*.

FINIVM REGVNDORVM.

l. 1 PAVLVS LIBRO XXIII AD EDICTVM. Finium regundorum actio in personam est, licet pro uindicatione rei est.

l. 2 VLPIANVS LIBRO XVIIII AD EDICTVM. Haec actio pertinet ad predia rustica, quamuis aedificia interueniant: neque enim multum est, arbores quis in confinium an aedificium ponat.

§ 1 Iudici finium regundorum permittitur ut, ubi non possit dirimere fines, adiudicatione controuersiam dirimat. PAVLVS LIBRO XXIII AD EDICTVM. et si forte amouendae ueteris obscuritatis gratia per aliam regionem fines dirigere iudex uelit, potest hoc facere per adiudicationem et condemnationem.

l. 3 GAIVS LIBRO VII AD EDICTVM PROVINCIALE. Quo casu opus est ut ex alterutrius predio alii adiudicandum sit: quo nomine is cui adiudicatur inuicem pro eo quod ei adiudicatur certa pecunia condempnandus est.

l. 4 PAVLVS LIBRO XXIII AD EDICTVM. Sed et loci unius controuersia in partes rei scindi adiudicationibus potest, prout cuiusque dominium in eo loco iudex compererit.

§ 1 In iudicio finium regundorum etiam eius ratio fit quod interest: quid enim siquis aliquam utilitatem ex eo loco percepit, quem uicini esse appareat? non inique damG 162. 9 natio eo nomine | fiet. | sed et si mensor ab altero solo conductus sit, condemnatio erit facienda eius qui non (G 9) conduxit in partem mercedis.

1. *Est titulus Digest.* 10,1. ‖ 19. rescindi *P*? ‖ 23. non *om Dig. Flor.*, an *uulg.* ‖ 24. *G p.9 praescriptum* PAULUS LIBRO XXIII AD EDICTUM P' ALIA. ‖ solo *G p.9*, socio *p.* 162.

Post litem autem contestatam etiam fructus uenient §2 *G*
in hoc iudicio: nam et culpa et duobus exinde prestatur.
sed ante iudicium percepti non omni modo in hoc iudi-
cium ueniunt. aut enim bona fide percepit, et lucrari
eum oportet si eos consumpsit: aut mala fide, et condici
oportet.

Sed et siquis iudici non pareat in succidenda arbore §3
uel aedificio in fine posito deponendo parteue eius, con-
demnabitur.

Si dicantur termini deiecti uel exarati, iudex qui de §4 *G*9
crimine cognoscit etiam de finibus cognoscere potest. (*G*9)

Si alter fundus duorum, alter utrum sit, potest iu- §5
dex uni adiudicare parti locum de quo quaeratur, licet
plures dominos habeat; quoniam magis fundo quam per-
sonis adiudicare fines intelleguntur. hic autem cum fit
adiudicatio pluribus, unus quisque portionem habebit quam
in fundo habet, et in pro indiuiso.

Qui communem fundum habent, inter se non condem- §6
nantur: neque enim inter ipsos accipi uidetur iudicium.

Si communem fundum ego et tu habemus, et uici- §7
num fundum ego solus, an finium regundorum iudicium
accipere possumus? scribit Pomponius non posse nos ac-
cipere, quia ego et socius meus in hac actione aduersa-
rii esse non possumus, sed et unius loco habemur. idem
Pomponius ne utile quidem iudicium dandum dicit, cum
possit, qui proprium habeat, uel communem uel proprium
fundum alienare et sic experiri.

Non solum autem inter duos fundos, uerum etiam §8
inter pluresue fundos, accipi iudicium finium regundorum
potest. ut puta singuli plurium | fundorum confines sunt, *G*163
trium forte uel quattuor.

10. ITEM POST ALIA. Si *G p.* 9. ‖ 13. quaeritur *P*? ‖ 15. adiudicari *P*? ‖ 17. et in *G*, et *P*. ‖ 30. si singuli *P*?

G §9 Finium regundorum actio in agris uectigalibus, et inter eos qui usum fructuum habent, uel fructuarium et dominum proprietatis uicini fundi, et inter eos qui iure pignoris possident, competere potest.

§10 Hoc iudicium locum habet in confinio praediorum rusticorum. nam in confinio praediorum urbanorum displicuit: neque enim confines hii sed magis uicini dicuntur, et ea communibus parietibus plerumque disterminantur. et ideo etsi in agris aedificia iuncta sint, locus huic actioni non erit: et in urbe hortorum latitudo contingere potest, ut etiam finium regundorum agi possit. ET CETERA.

l. 7 MODESTINVS LIBRO PRIMO ET DECIMO PANDICTARVM. De modo agrorum arbitri dantur, et his qui maiorem locum in territorio habere dicitur, ceteris, qui minorem locum possident, integrum locum adsignare compellitur. idque ita rescriptum est.

l. 9 IVLIANVS LIBRO OCTAVO DIGESTORVM. Iudicium finium regundorum manet, quamuis socii communi diuidundo egerit uel alienauerint fundum.

l. 10 IDEM LIBRO LI DIGESTORVM. Iudicium communi diuidundo, familiae erciscundae, finium regundorum, tale ut in eos singulae personae duplex ius habeat, agentis et eius cum quo agitur.

l. 13 GAIVS LIBRO IIII AD LEGEM XII TABVLARVM. Sciendum est in actione finium regundorum illud obseruandum esse, quod ad exemplum quodam modo eius legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse. nam illic ita est. ἐάν τις αἰμασιὰν παρὰ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅσον

2. fructum *P*? ‖ 6. nam in confinio praediorum *om codices Digestorum.* ‖ 16. ideoq. *G*, ideoque *P*. ‖ 20 egerint *P*? ‖ 29. ЄANTICaIMaNTIa. ΠapaΛΛΛOTpIω *G. per a et Λ promiscue significantur* αλ. ‖ τὸν ὅσον] IONOPONa *G.*

μὴ παραβαίνειν· ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ οἴκημα, G 164
δύο πόδας· ἐὰν δὲ τάφρον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ἦ,
τοσοῦτον ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν· ἐλαίαν δὲ καὶ
συκῆν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα
δένδρα πέντε πόδας. 5

ITEM POST ALIA. Finium regundorum actio in agris l. 4 § 9
uectigalibus, et inter eos qui usum fructuum habent, uel
fructuarium et dominum proprietatis uicini fundi, et in-
ter eos qui iure pignoris possident, conpetere potest.

Hoc iudicium locum habet in confinio praediorum § 10
rusticorum. nam in confinio praediorum urbanorum dis- 11
plicuit: neque enim confines hii sed magis uicini dicun-
tur, et ea communibus parietibus plerumque disterminan-
tur. et ideo si agris aedificia iuncta sunt, locus huic ac-
tioni non erit: et in urbe hortorum latitudo contingere 15
potest, ut etiam finium regundorum agi possit.

Siue flumen siue uia publica interuenit, confinium § 11
non intellegitur, et ideo finium regundorum agi non po-
test.

IDEM LIBRO XV AD SABINVM. Quia magis in confinio l. 5
meo uia publica uel flumen sit quam ager uicini. 21

IDEM LIBRO XXIIII AD EDICTVM. Sed si riuus priuatus l. 6
interuenit, finium regundorum agi potest.

VLPIANVS LIBRO VI OPINIONVM. Si irruptione fluminis l. 8
fines agri confundit inundato ideoque usurpandi quibus- 25
dam loca, in quibus ius non habent, occasionem praes-
tat, praeses prouintiae alieno eos abstinere et domino
suum restitui terminosque per mensorem declarari iubet.
et ad officium de finibus cognoscentis pertinet mensores §

1. ΤΙΧΙΟΝΠΟΔΑΑΠΟΛΙΠΕΙΝ. *G.* ‖ 2. ΤΑΦΟΝ*G.* ‖ ΟΡΙΤΤΗ *G.* ‖
ΤΟΒΑΘΟC. ΟΤΤΟΝΑΠΟΛΙΠΕΙΝ *G.* ‖ 3. ΦΡΕΑΡΟΡΙΤΙΑΝΕ-
ΛΕΑΝΑΕΚΑΙ *G.* ‖ 7. fructum *P?* ‖ 15. hortorum *G.* ‖ 17. *Digestorum exemplaria peccant.* ‖ 25. inundatio *P?* ‖ 29. et *om Dig.*

G mittere et per eos dirimere ipsam finium quaestionem
G 165 | ut aequum est, si ita res exigit, oculisque suis subiectis locis.

l. 11 PAPIANVS LIBRO II RESPONSORVM. In finalibus quaestionibus uetera monumenta census auctoritas ante litem inchoatam ordinatim sequenda est; modo si non uarietate successionem et arbitrio possessorum fines additis uel detractis agris postea permutatus probetur.

l. 12 PAVLVS LIBRO III RESPONSORVM. Eos terminos, quantum ad dominii questionem pertinet, obseruari oportere fundorum, quos demonstrauit his qui utriusque predii dominus fuit, cum alterum eorum uenderet. non enim termini qui singulos fundos separabant obseruari debent, sed demonstratio adfinium nouos fines inter fundos constituere.

l. 13 GAIVS LIBRO III AD LEGEM XII TABVLARVM. In actione finium regundorum illud obseruandum esse, quod ad exemplum quodam modo eius legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse. nam illic ita est.

4. quaestionibus *G*.

AGRORVM QVAE SIT INSPECTIO. B77

Quotiens quid inter uicinos extiterit quaestionis, ab agri mensoribus promptius hoc quaerendum.

Primum antiquis mensuris quem admodum tenuerint [aut teneant], ostendant uicinae possessiones quae sine lite possideri uidentur; ut quaeratur quo genere definitio uicinorum perseuerat, eademque quasi magistra sit eorum quae in quaestione sunt. considerent, si cauis, si superciliis, cliuis, marginibus, ante missis arboribus, ita ut ipsa, uicinitas terminatur, ut et his quae in quaestionem ueniunt | praestet exemplum. B78

Sed si caua defecerit, aut supercilium, cliuus, margo, arbores ante misse, solent termini occurrere. qui lapides tam qua longiores sunt quam qua latiores, sequendi, hoc est aut si cursum dirigunt linearem aut si gamma faciunt et transuersi opponuntur, ut quam longitudinem fecerint, hanc ut limitem sequantur. sed ipsa positio terminorum pro regionibus inmutatur. sunt Tiburtini usque ad finem ex ordine, de omni parte dolati: nam si superior pars tantum dolata est et inferior subtus inpolita derelicta, cippus ominandus est monumentalis esse, non terminatus.

2. quod inter uicinum extiterint quantis nisi ab agri mensoris promptus *B*. ‖ 4. partium antiqui mensoris *B*. ‖ tenuerit *B*. ‖ 5. possessionis *B*. ‖ 6. possidere *B*. ‖ quaerantur quo gene.e alii generum *B*. ‖ 7. perseuerant eodem quasi *B*. ‖ mimis transit *pr B*? ‖ 8. quae est in quaestionem sunt *B*. ‖ 12. aut ... margo] aut ergo *B*. ‖ 14. tam *om B*. ‖ quam longioris *B*. ‖ quam qui latioris *B*. *correxit Goesius*. ‖ 15. lineare *B*. ‖ 16. et *om B*. ‖ tranuersi *B*. ‖ 18. inmutantur Aut tiburtini *B*. ‖ 19. ordinem *B*. ‖ 20. subtus] subulis *B*. *conf. p.* 211 *G*. ‖ 21. nominandus *B*.

B 79 | silices pro sua natura ponuntur, igniferique [aut] lapides, ut de Tiburtinis dictum est, per longitudinem.

Iudicanti si petrae naturales occurrunt, ipse naturales petrae pro signis habentur: sed de ipsis exceptae aut decus habent aut lineas.

Sub terminis signa solent ..., quae sunt in imo posita, eaquae exquiri iubent qui artes ediderunt.

Ante misse uero arbores solent etiam plagatam antiquitus inflexura similem corticibus ostendere cicatricem: licet hae terebris foratam etiam, tornatis intro missis, sicut scribtum a ueteribus, habere dicantur.

B 80 Sunt etiam | et coronae plerumque uepribus, quas in limitibus serunt: quarum et initium considerari oportet et finem, et, ut diximus, aliorum locorum similitudo uicinorum si talibus definitur.

Solent etiam arbores olibarum, quotiens in utroque agro sunt uel utriusque uicinae, ordines non habere ad unam lineam constitutos; ut, cum sibi consentiunt lineae, utriusque agri dominium sui iuris esse testentur.

B 81 Sunt et caesurarum et culturae discrimina, | quae cum discrepant, non unius aequalitate possessionem ostendunt, sed diuidi omnia pollicentur.

Diuergia aquarum etiam pro limitibus occurrunt.

2. ut] aut *B*. || 3. iudicant Petrae *B*. || 4. exceptae *Huschkius*. excepta *B*. *Siculus Flaccus p.* 140,8 si perseueret rigor. || 5. linea *B*. notas *et* gammas *Siculus Flaccus*. || 6. inueniri *Siculus Flaccus p.* 140,12. || 7. iubet quae arti se dederunt *B*. || 9. inflexuosam *B*. || ostenderem *B*. || 10. tornutus *B*. || 12. 13. quam limitib. seruiunt *B*. || 13. oportet finem *B*. || 15. Si tabulis *B*. || 16. arbores *Goesius*, ordines *B*. || 19. utriusquam *B*. || sui iuris] *immo* unius. || testitur *B*, *tum spatium sex uersibus recipiendis relictum*. || 20. uersurarum *B*. || 21. discripserit *B*, discrepauerint *Goesius*. || qualitatē *B*. qualitatis *Rudorffius*.

Saepe etiam euenit ut in aliis possessionibus nec ad *B*
proxima coniunctis, in medio alterius agro, seu siluae seu
pascuae seu uineae oliueti castaneti aliquid occurrat;
quod cum sui iuris aliquis uindicet, directum signis defos-
sis aut terminis sequitur inspector: haec enim uetustas
illi qui id ageret iniunxit.

Nam de aequalitatibus, antiquitatibus, possessionibus,
territoriis, terminibus, signis, et his similibus, conside-
randum est ab ori|gine quem admodum tenuerint [coepe- *B* 82
rint]: deinde aliquid usque ad nostram aetatem descen-
derit aut permaneat, oportet exquiri.

Aequalitas in has species diuiditur, ut extremitatibus
concludentibus aut quadrata sit aut circa flexa aut cu-
neata aut triangularis, aut modo curuis anfracta in flexu-
ram, modo in rectum rigentibus lineis porrecta, modo ar-
tiore latitudine longior, modo minore longitudine proli-
xior. quorum pleraque mensuris conprehenduntur.

Ex antiquitate recipiunt hoc ut et nominibus uetustis
utantur, ut uectigalis ager uirginum Veste, et aris templis
| sepulchris et his similibus. quin etiam usui, hoc est in- *B* 83
cepto et incrementis, artis | ordinem naturalium rerum *B* 75
substituunt et geometricae exercitationi subducunt saepe;
credo, ut uetustatem reseruent speciebus.

1. ut euenit *B*. ‖ 3. uiniae *B*. ‖ 4. quo cum *B*. ‖ sui iuris] *immo* sibi. ‖ direptum *B*. ‖ defossis] aut fossis *B*. ‖ 6. qui indigere *B*, indagare *Goesius*. ‖ 7. non de qualitatib. quantitatis positionib. territoris *B*. ‖ 8. consideranda sunt ab originem *B*. ‖ 9. teneri coeperint *Huschkius*. ‖ 10. discenderit *B*. ‖ 11. opere *B*. ‖ 12. qualitas in hac *B*. ‖ extremitatis *B*. ‖ 13. coneata *B*. ‖ 14. curris anfracta in flexuosâ modo inter haec dirigentib. linea *B*. ‖ 15. 16. artiorem latitudinem *B*. ‖ 16. minorem latitudinem *B*. *correxit Huschkius*. ‖ 17. plerasquam mensoris *B*. ‖ 18. ex quantitatem *B*. ‖ hoc est ut et *B*. ‖ 19. et *om* *B*. ‖ 20. quae etiam usum *B*. ‖ incipio *B*. ‖ 22. et geometrica et exercitationis abdicant saepe credunt ut *B*. ‖ 23. reseruet *B*.

B Aliqua quoque cum de agri aequalitate aut incurbi aut angularis excurrunt et ad direptum lineis discerpuntur, subsiciua appellantur, hoc est quae a subsecantibus lineis remanent, naturam extremitatum seruantia. quae cum uelut communis iuris aut publici essent, possessionibus uicinis tunc Domitianus imp. profudit, [hoc est] ut eis *B* 76 lineis arci|finalem uel occupatoriam licentiam tribueret.

Arcifinales agri dicuntur qui ab arcendo, hoc est prohibendo, uicinum nomen acceperunt. occupatorii uero ideo hoc uocabulo utuntur, quod, uicini urbium populi seu possessores, cum adhuc nihil limitibus terminaretur, praesumptione certaminis cum de locis aduersum sibi repugnantes agerent, quo usque pulsi uel cederent uel restitissent, uictoriae terminus fieret, uictos aut praesidium collis aut riui interstitium aut fosse munimen resistere pateretur et hoc genere naturae aut cursus docti securae *B* 77 perpetuitatem possessionis | efficerent.

1. aliaqua *B*. || qualitatē *B*. || 2. occurrunt *B*. || *fortasse* a directo lineis. || 4. natura *B*. || seruantis *B*. *correxit Goesius*. || 5. uel *B*. || 6. praefudit *B*. || ut ex linearia finalem uel occupatiorium licentia *B*. || 8. Archifinalis *B*. || ab *om B*. || 9. acceperit occupaturi *B*. || 10. hoc] hoc est *B*. || 12. aduersum se repugnantis *B*. || 13. cederet uel restitisse *B*. || 16. secuti *B*. || 17. effecerint *B*.

INCIPIT *A*179 *E*20,8

MARCI IVNI NIPSI
LIBER II FELICITER.

FLVMINIS VARATIO.

Si in agri quadratura tibi dictanti occurrerit flumen quod necesse sit uarari, sic facies. rigor qui inpegit in fluuio, exinde uersuram facies. in quam partem uerteris, tetrantem pones. deinde transferes ferramentum in eo rigore quem dictaueris ex eo rigore qui in flumine inpegerat. deinde transferes ferramentum, et conprehenso eo rigore quem dictasti, uersuram facies in partem dextram. deinde exiges medium illum rigorem a te|trante ad tetran- *A*180
tem, et diuides illum in duas partes et signum pones perpensum. deinde figes ferramentum ad signum quod diuidet duas partes quas diuisisti. ex fixo ferramento et perpenso conprehenso rigore ad umbilicum soli emissum perpendiculum cum super signum ceciderit, percuties cromam donec comprehendes signum quod posueras trans flumen. cum diligenter conprehenderis, transies ex alia parte fer-

2. 3. marci ... feliciter *E*, *om A*. || 4. de fluminis uaratione *E*. || 5. agris *A*. || dictandi *E*. || 6. inpigit *A*, impegerit *E*. || 7. et in qua parte *E*. || ueneris *AE*. || 8. ponis *AE*. || transferis *A*. || 9. dictaueras *E*. || in flumen *E*. || inpigerat *A*. || 10. transferis *A*. || eo *om A*. || 11. uersuras *A*. || dexteram *E*. || 12. exigis *AE*. || illum ... 13. diuides *om E*. || ad tetrante *A*. || 13. diuidis *A*. || ponis deinde figes perpensum ferramentum *E*. || 14. ferramentum ... 15. fixo *om A*. || 16. ab unbilicum *A*. || soliae missum *AE. correxit Salmasius in exercitat. p.* 486*a*. || 17. percutis *AE*. || croma *E*. || 18. comhendis *A*, comprehendas *E*. || 19. conphehenderis *A*. || transis ex alia *A*, transisset alia *E*. || ferramenta *E*.

AE ramenti et manente croma dictabis rigorem. ubi se consecuerit norma tua cum eo rigore quem dictaueris, signum pones, et exiges numeros a signo ad tetrantem. sed quia linea quam secueras media duo trigona ostendit sed quia cathetus catheto par est, erit et basis basi par. quantus ergo numerus basis iunctus trigoni quem exegisti fuerit, tantus rigor alterius trigoni cuius rigorem factum in fluuium *E*21 numerus. et de | hac base quam exegisti tolles hunc nume- 9 rum quem a tetrante ad fluuium exegisti. reliquum quod (*A*) superfuerit erit latitudo fluminis. (fig. 208.) |

LIMITIS REPOSITIO.

Cum in agro assignato ueneris et lapides duo contra aliis alios in capitibus centuriae in decimano siue in cardine inueneris, incipies mensuram agere ab eo lapide *E*(21,7) 15,27 centuriale unde possis | peruenire ad centuriam in qua 16 mensurae agendae sunt. si decusati in capitibus lapides fuerint, ab eo lapide qui limitem ducturus est primum lapidem circinabis. et si inueneris recte incisas quattuor *E*16 lineas | eisdem lapidibus ferramentum pusillum longius a 20 lapide ita ut possis decumani lineam uel cardinis mediam comprehendere, et dictare duas cannas, quas per quattuor latera diligenter perpendes, unam ultra lapidem, et alte-

1. dictauis *A*. || se consecuta fuerit norma *E*. || 2. dictaueras *E*. || signum ponis *E*, signum pones signum ponis *A*. || 3. exigis *E*. || numerus *A*, numerum *E*. || ad signum *E*. || ad tetrante *A*, tetrantis *E*. || 4. aquam *A*. || securas *A*, secutus fueras *E*. || media *A*, medio *E*. || 5. catectus catecto partem est *E*. || et *om* *E*. || pars *E*. || 6. exigesti *A*. || 7. rigor impactus *Goesius*. || in fluuium numerus et] *sic* *A*, autem in numero fluminum numero. d. et *E*. || 8. de ac uase quem exigesti *A*. || tollis *E*. || 9. exigisti *A*. || 10. erit latitudo *A*, latitudo est *E*. || 11. repositionem *E*. || 14. incipiens *E*. || lapidem centurialem *E*. || 16. decus a te *E*. || 20. linea *E*. || 22. perpendis una *E*.

ram citra lapidem. inde transferes in altero latere lapidis *E*
ferramentum, et similiter facies sicut supra. deinde sublato ferramento transferes ad lapidem, et figes. cum fixeris, perpendes. cum perpenderis diligenter tam diu facies ut ab umbilico soli emissum perpendiculum supra punctum decusis cadat. cum ita feceris, incipies quattuor metis comprehensis dictare limitem in quam partem iturus es. si lapidem inueneris, scias te limitem tenere. si uero uaratus interuenerit, unde tibi uenerit uersuram facies ita ut per punctum decusis lapidis rigor currat. cum ita feceris, tetrantem pones, et deinde reuerteris ad lapidem unde primum coeperas, et cultellabis usque ad tetrantem et a tetrante usque ad punctum lapidis ad quem uaratus uenisti. ut reponas te in limitem, sic facies. catheti quamuis partem solidam sumes et referes a puncto lapidis per ipsum cathetum et signum pones perpensum quem retuleris in rigore suo eandem partem sumes et basis referes normaliter signo quem posueras numero quem solidum basis sumpseras et ubi expletum fuerit signum perpensum pones. erit hoc signum in limitem et numerum quem a puncto lapidis retuleras per cathetum dare illi similiter referes per eundem cathetum in rigorem et ab eo signo normaliter duplicatum numerum eius basis quem retulisti in limitem similiter referes et signum pones habebis duo sigua in limitem perpensa. cum ita feceris, figes ferramentum ad lapidem ita ne in rigore limitis figas. fixo

1. et alterum citra lapidem inde] lapidis ferramentum similiter facies. *E. illud alterum Goesius dedit.* || transferis in latero lateri *E.* || 2. et *om E.* || 3. transferis *E.* || figis *E.* || 4. perpendis *E.* || 6. decisis *E.* || faceres *E.* || 9. inuenerit *E.* || 10. decusi *E.* || 11. ponis *E.* || reuerteres *E.* || 12. cutellabis *E.* || 14. 15. catecti quamuis quamuis partem *E.* || 16. catectum *E. sic semper.* || ponis *E.* || 17. referis *E.* || 20. ponis *E.* || 22. refert *E.*

E ferramento conuertes umbilicum soli supra punctum lapidis et sic perpendes ferramentum. perpenso ferramento ab umbilico soli emittes perpendiculum ita ut in puncto *E* (16,23) 15,2 lapidis cadat. compre|hendes quattuor signa ea quae posuisti in limitem. aliis corniculis tenebis alium limitem. et sic mensuras ages ut scias primum an in limitis lapidum in capitibus centuriae signa sint. lege scripturam lapidum. si in uno rigore sunt, decimanum asscriptum debere, ut puta DECIMANVS PRIMVS aut SECVNDVS aut TERTIVS uel quotus cumque. in aliis lapidibus scriptus fuerit duo lapidibus uel lapides in linea decumani contra alios alii. si uero cardinis linea fuerit, similiter in ambis lapidibus unus cardo scriptus erit. item zaconem lapides si fuerint, sic deprehendes. ut puta primum lapidem quom inspexeris, si scriptus est DECIMANVS QVINTVS CARDO XII, et alius DECIMANVS SEXTVS CARDO XIIII, apparet hos duos lapides, quia nec cardo nec decimanus unus est, in zacone esse.

Varationem in agris diuisis sic reponimus. ut puta lapidem a lapide p. DCC et in alio lapide p. MDCXXX. sunt in unum p. IICCCC. uara ad alterum lapidem p. XX. semper uideo quod praecedes XX. quoniam solidum est, sumo partem XX. item uarationis fit id est si repositionem ut peractos singulos pedes quos uariasti repones deinde in aliis si eundem limitem agere necesse est sed si ultra agros prodideris extra p. XX ad hunc unum auctum renormabis p. XXI et signum ad perpendiculum pones. deinde in aliis pedibus in sequentibus CXX renormabis similiter p. XXII et signum ponis. deinde apprehensis signis duobus et li-

1. conuertis *E.* || soliae *E.* || 2. perpendis *E.* || 3. soliae mittis *E.* || 4. compre *E p.* 16. dis. Quattuor *E p.* 15. || 6. agis *E.* || an] hanc *E.* || 7. scripturarum *E.* || 8. *an* habere debent? || 9. ut pote *E.* || 10. uel quartus. Cumque in *E.* || 11. in lineam decani *E.* || 13. lapidis *E.* || 14. deprehendis *E.* || quem *E.* || 17. in] sin *E.* || 18. uariationem. In *E.*

mite recto limite ibis similiter. si retro ire uolueris a la- *E*
pide a quo exieris detrahis in actibus uarationis pedes
quantum abieceras. si in priorem eas hoc non solum ac-
tus obseruare debebis sed in p. LX uel LXXX plus minus
pro ut ratio postulauerit facere debes. CXX. CXX. CXX.
CXX. (fig. 209.)

Alia racione ut quodcumque pedibus uarauerimus
non solum in limitem uerum etiam alterius conditionis
agrum ut puta p. CCC. LXXV. p. D. p. MDCCC. uarauerimus
p. XXVII. sic faciemus semper diui|demus semper partem *E*(15,27) 18,20
solidam limitis ut ad solidam uarationem habeamus ut
nunc limites CCCLXXV. sumo partem XII ubicumque con-
uenerit fiunt XXX5 fit item XVII fit. IC. LL. hoc in portio-
nem limitis et uarationis siue retro siue in priore
repositione tractabimus ut sciamus quantum ad singulas
repositiones aut adicere si in priora ibimus aut demere
si retro reuertimur. (flg. 210.)

In agris diuisis solent lapides in centuriis non pa-
rere. sed sunt termini qui inter lineas consortales finem
faciunt. a quibus reprehendas in limitem interpones et
comprehendes lapidem qui est in angulo centuriae et trac-
tabis quomodo | latitudinem ad longitudinem quomodo *E*19
ibi fuerit tractabis similiter et hi potius areae ponis et
comprehensis signis limitibus tenebimus. (fig. 211.)

Aut si lapis in angulo fuerit et in alio angulo alius
quasi qui perspiciatur in zacono similiter duo lapides. et
quia in centuriis paria latera sunt latitudinis et longitu-

11. mitis ... uaratio *recisa ex E: sumpsi ex editione Goesii.* ‖
12. partem ... 13. fiunt x *recisa ex E, qui tamen non uidetur ha-*
buisse fiunt. ‖ 14. limitis et uarationis siu *recisa ex E.* ‖ priori re-
position *recisa ex E: sed habuerit litteras forte* VIII *amplius.*
15. ut ... ad sin *recisa ex E.* ‖ 16. cere ... aut *recisa ex E.* ‖ 18.
In a ... solent *recisa ex E.* ‖ 19. mini ... consortales *recisa ex E.* ‖
20. pones ... 21. lapid *recisa ex E*

E dinis, similiter ex quacumque uolueris uersuram facies normaliter et totidem quot inueneris cultellabis et prehensis perlimitibus in extremitatibus formarum. (fig. 212.)

In agris diuisis subsiciua fiunt in quibus trigoni trapizea pentagona sunt et nichil aliud nisi modus iugerum
E(19,10) 17,25 assignatorum et nomen scriptum est | actus tamen inuaserunt a in re iugera LXV. sic querimus. semper in uad duco quater id est LXV. fit. CLX. huius sumo partem XX. fit XIII. erit CL. catectus trigoni actus XIII. in sequentem autem iunctum trigono ad tra
*E*18 | cta qualiter erunt CCCC. huius parte XX erit basis uv̄. VII. erit contraria basis actus VII. similiter in . . . . . .

*G*208 Si in agro adsignato ueneris, ut scias in qua parte agri sis, an in ultrato et dextrato, an in citrato et dextrato, an in sinistrato et ultrato, an in sinistrato et citrato, sic deprehendes. cum in agro ueneris, quaeres lapides plures centuriales. quorum scripturam cum inspicere coeperis, nota tibi quomodo scriptura currat: sic et limites antea instituti sunt. si enim decumani numeri ab oriente incipiunt et in occidente crescunt, decumani ita instituti sunt ut oriente post te relicto in occidentem spectes. si uero ita numeri notati in lapidibus centuri-

9. id est] id' *E*. ‖ 17. Si ... ueneris *recisa ex E*. ‖ asignato *G*. ‖ scias te in *E*. ‖ 18. an in ultrato ... 20. sic depre *recisa ex E, in quo fuerunt illa breuiora*. ‖ 20. deprehendis *EG*. ‖ quaeris *G*, quere *E*. ‖ 21. plures ... scrip *recisa ex E*. ‖ 22. tura ... 23. limites an *recisa ex E*. ‖ 23. *potius* decumanorum. ‖ 24. oriente ... occident *recisa ex E*. ‖ crescent *E*. ‖ ita *E*, *om G*. ‖ 25. ut in *E*. ‖ oriente ... occiden *recisa ex E*. ‖ occidente *EG*. ‖ 25. 26. expectis. sic et numeri nota tibi illa si in *E*, *recisis proximis* lapidibus ... scias d ‖ 26. ita] et *G*.

arum fuerint, scias decumanos ita institutos esse ut *EG*
in orientem et occidentem spectent: cardines uero meridianum et septentrionem scies spectare. cum hoc diligenter tibi liquerit, in re praesenti plurium lapidum centurialium inspicies scripturas. et si numerus cardinum crescet in occidente, erit pars ultrata: decumanorum uero numerus si crescet in partem septentrionis, erit pars dextrata. sic scis te ex scriptura lapidum esse in parte ultrata et dextrata. similiter si decumanos crescere deprehenderis in meridianum et cardines in partem occidentis, erit pars sinistrata et ultrata. item ut dextratum et citratum inuenias, similiter lapidum scriptura ostendit. si enim cardinum numeri in orientem crescent, | erit pars citrata: *A* 1
decimanorum numeri in septentrionem si crescent, erit pars dextrata. sic scies te in dextrato et citrato esse.
| similiter si kardinum numerus in oriente crescet, erit $E^{(18,20)}_{24,7}$
pars citrata: si decimanorum numerus in meridianum crescet, erit pars sinistrata. sed ut saepe solet in re pre-

1. ita *E*, *om G.* || 2. oriente *G.* || cidentem spectent cardines *recisa ex E.* || occidente expectent cardinem *G.* || 3. septentrionalem scias *E.* || expectare *G*, expec *recisis proximis* tare ... 4. lique *E.* || 4. re *om E.* || plurimum *E.* || 5. inspicias *G*, *recisum ex E cum proximis* scripturas ... si nume || 6. crescit *E.* || ultrata ... 7. numerus *recisa ex E.* || 7. crescit *E.* || 8. trata ... lapidum *recisa ex E.* || 9. decumanum *G*, decima *E.* nos crescere deprehenderis in *recisa ex E.* || 10. cardinem *G.* || in parte *E.* || occidentis. occidens erit *G.* || 11. erit ... item *recisa ex E. sed* item *uidetur omisisse.* || 12. pidum ... si *recisa ex E.* || 13. numerus *E.* || in occidente *E*, in occidentem *G.* || crescit *E.* || erit pars citrata decimano *recisa ex E.* || 14. rum numerus in septentrionem si crescens *E*, decimanorum numerus si in septentrionem crescet *G.* || criscent *A.* || 15. dextrata sic scies te in dex *recisa ex E.* || sic scies ... esse *om G.* || 16. cardinum *G.* || in occidente *AEG.* || crescet *om AE.* || 17. sic *E.* || decum. *G.* || 18. crescit *E.* || sed hoc in re presenti *G.* || ut *A*, sicut *E.* || solet sepe *E.* || re *om E.*

AE (*G*) senti | depraehendi decimanum maximum ita institutum ut ad meridianum et septentrionem spectet, kardinem uero maximum orientem et occidentem spectare, similiter sicut *A*2 supra diximus scriptura lapidum hoc ipsum | depraehendes. ita si a principio institutum fuerit, erit pars sinistrata decimani maximi in occidente, dextrata in oriente. in hac quoque parte si uolueris scire in qua parte agri sis, cum inueneris ex scriptura lapidum kardinum numeros in septentrione crescere, erit pars ultrata: decimanorum numeros in occidente crescere, erit pars sinistrata. sic scies te in sinistrato et in ultrato esse. similiter ut uolueris scire in citrato et sinistrato. si depraehendis decimanorum numeros in oriente, kardinum numeros in *A*3 septentrione | crescere, erit pars dextrata et ultrata. similiter si decimanorum numeri in oriente crescent et kardinum numeri in meridiano crescent, erit pars dextrata et citrata.

Quibusdam regionibus in agris adsignatis propter sterelitatem lapidum inter centurias quinas lapides positi

1. reprehendi *E.* || 2. ut ad] ut et *A*, *om E.* || expectent cardinem *E.* || 3. ab oriente et occidente *E.* || scies *post* occidentem *supra scriptum A*, *om E.* || expectare *E.* || 4. sipra diximus *A*, *om E.* || depraehendis *AE.* || 5. ita] et *AE.* || principio *E*, principium *A.* || sinistra ad decimani *A.* || 6. in occidentem *E.* || in orientem *E.* || 7. quoquae *A. tum* arte *E.* || 8. sis *A*, sunt *E.* || ex *om E.* || scripturam *E.* || lapedum *A.* || numerus *A*, numerum *E.* || 9. in septentrionem *E.* || 10. numerus *A*, numerum *E.* || sinestrata *A.* || 11. sinestrato *A.* || et ultrato *E.* || ut *A*, si *E.* || 12. scire si *E.* || in ultrato et sinestrato *A*, in ultrato sis et dextrato *E.* || si] sic *AE.* || 13. numerus in occidente *A*, numerum in occidente *E.* || cardinem *E.* || numerus *A.* || 14. septentrionem *E.* || 14. erat *A.* || destrata *A.* || 15. si *om E.* || numerum *AE.* || in oriente *om E.* || crescere *E.* || 16. numerus in meridianum crescens *E.* || 18. propter *E*, per *A.* || 19. sterilitatem *E.* || quini *E.*

sunt. hoc in re presenti deprehendi potest ex lapidum *AE*
inspectione et inscriptura. aliis uero regionibus in capitibus centuriarum non sunt lapides scripti, et in effigie Termini positi sunt. sed et quibusdam regionibus, sine typo uel forma regionis, in qua parte agri sis, | inuenire non *A*4
potes, nisi ex typo uel forma regionis ipsius. sunt enim 6
in typo montium uocabula et alia signa con|plura ex *E*25
quibus possis scire in qua parte agri sis. non una species agrorum adsignatorum est. est ager centuriatus, qui quadratis centuriis diuisus est. hic ager in singulis cen- 10
turiis ducentena iugera habebit. est ager scamnatus qui appellatur, qui in longitudinem maiorem iugerum numerum habebit quam in latitudinem. hi quoque agri non nisi in re praesenti depraehenduntur uel ex forma regionis. habent enim agri scamnati in centuriis singulis | iugera *A*5
ducentena quadragena, quae per latitudinem habent actus 16
xx et per longitudinem actus XXIIII.

Si duo lapides in capitibus centuriae in lineas decimani siue kardinis inuenti fuerint, et mensurae agendae sunt secundum formam agri adsignati, ut modi iugeratio- 20
num secundum acceptam unius cuiusque separentur in centuria in qua quaestio fuerit orta, primum in re pre-

1. in re] ex *E*. ‖ lapidibus *E*. ‖ 2. inspectionē et *A*, scriptione ea *E*. ‖ scriptura *E*. ‖ 2. 3. aliquibus locis non sunt *Boethius p*. 1539. ‖ 3. non sunt ... 4. sed et quibusdam] pali roborinei fixi sunt in his *E*. ‖ sed *Boethius*. ‖ in effigiae *A*, in effigiem *Boethius*. ‖ 3. 4. terminorum positi sunt quos cursorios uocamus *Boethius*. ‖ 4. tipo *E semper*. ‖ 5. agri sic inueniri *E*. ‖ 6. potest *A*, possunt *E*. ‖ regionis *E*, *om A*. ‖ 7. quam plurima *E*. ‖ 9. est ager *A*, ager est *E*. ‖ 10. est *E*, *om A*. ‖ in *E*, a *A*. ‖ 11. ducentena *A*, et *E*. ‖ qui scamnatus *E*. ‖ 12. qui in *E*, *om A*. ‖ iugerum *om AE*. ‖ 13. quam in allatitudinem *A*. ‖ hii *A*. ‖ 14. re *om E*. ‖ 16. quae *E*, qui *A*. ‖ actus xx et per longitudinem *om E*. ‖ 19. kardines *A*. ‖ 20. modū *AE*. ‖ 21. cuiusquae *A*. ‖ separaretur *AE*. ‖ in *om E*.

AE senti typos regionis quaerendus est. et inspecta scriptura lapidum in re praesenti typum conlocabis, ut scias primum an decimanus maximus ab oriente in occidentem
A 6 constitutus sit, | an uero a meridiano in septentrionem. si enim ab oriente in occidentem constituti sunt, typum sic conuertes ut pos te relinquas orientem, et occidente spectato sic typum tenebis. respicies in typum kardinem maximum, quo loco sit. et si scriptura lapidum deprehenderis in oriente crescere, erit pars citra kardinem: si uero inueneris in occidente kardines crescere, erit ultra cardinem. sed ut scias an dextra decimanum stes an sinistra decimanum, inspectis lapidibus in linea kardinis maximi, si in septentrione crescent, erit dextra decimanum:
A 7 si in meridiano crescent, | erit sinistra decimanum. haec inscribtura demonstrabit tibi quomodo debeas typum in re praesenti conlocare. similiter facies, si decimanus maximus a meridiano in septentrionem conlocatus fuerit et cardo maximus ab oriente in occidentem. eadem ratione sicut supra scriptum est, in re praesenti typum conlocabis, ut decimanus maximus spectet suum locum, id est meridiani et septentrionis lineam, kardo maximus orientis

1. typore *A*, tipus *E.* || ferendus *E.* || inspectas scripturas lapedum *A.* || 2.3. primum undecimanus maximus si ab *E.* || 3. in occidente *A.* || 4. a] in *A.* || in septentrione *A.* || 5. in occidente *A.* || 6. si conuertis *E.* || post *E.* || reliquas *A.* || 7. tenere inspicies *E.* || *potius* in typo. || 8. et sic scripturam lapidum deprehendis in orientem *E.* || 10. in occidentem *A.* || cardines *E*, kardinem *A.* || 11. sed ut *A*, si tu *E.* || 12. in *A*, si in *E.* || 12.13. maximi si] XVI an *A*, sint an *E.* || 13. septentrionem *E.* || crescente *A.* || 14. crescente erint *A*, crescente erit *E.* || hac *A.* || 15. scriptura *E.* || debeat *A.* || 16. cumlocatus *A*, collocatus *E. supra erat* constitutus. || 17.18. fuerit erint cardines ab oriente *A*, fuerit cardines ab oriente *E.* || 18. in occidente *AE.* || 19. scriptum est] sicut *A*, *om E.* || re *om E.* || conlocaueris *A*, collocaueris *E.* || 20. expectet *E.* || 21. linea *A*, si in ea *E.*

et occidentis lineam: et secundum rationem supra scriptam *AE*
scies lapidum scribtura quae sit pars dextra decimanum
et quae sinistra decimanum et quae | citra cardinem et *A* 8
quae ultra cardinem.

Si quando in agro adsignato mensuras egeris, et re- 5
uersus ad formam inueneris nominibus sex data CLXXX
iugera, ut scias quantum quis acceperit, quaeris sub lit-
tera: et sic inuenies quis quantum acceperit.

Si in agro adsignato aliquis modus iugerationis ua-
cauerit, ne putes subsiciuum remansisse, quaerere | debes *E* 26
primum ne post aes fixum et machina sublata secunda 11
adsignatione alicui adsignatum sit. uel quaeris si in libro
beneficiorum regionis illius beneficium alicui Augustus
dederit. quod si neutrum factum est, scias illum subsici- 14
uum | remansisse. *A* 9

PODISMVS. *R*

Mensurarum genera sunt tria, rectum planum solidum.
rectum est cuius longitudinem tantum modo metimur.
planum est cuius longitudinem et latitudinem metimur.
solidum est cuius longitudinem et latitudinem et crassitu- 20
dinem metimur.

1. et occidentis *om AE.* || lineae secundum *E.* || supra scriptam *E*, s̄ s̄. *A.* || 2. scies et lapidum *E.* || sribtura *A.* || 3. quae sit sinistra *E.* || 5. egeris] ag^{E}ris *A.* || 6. hominib. ^{s}ex *A*, ex *E.* || 9. aliquis *A*, aliquando aliquis *E.* || 10. ne putis *A.* || debes *E*, *om A.* || 11. primum *om E.* || post aes *Heinsius ad Ouidii met.* 1,91: post est *A*, possit primum *E.* || macina *A.* || secundum assignationem *E.* || 12. uel ... 13. beneficiorum *om E.* || 13. illius ne beneficium *E.* || alicui praestitisset. quod si *E.* || 16. *titulum hic om E*, Podismi *R.* || 17. sunt tria genera *R.* || 18. metitur *AE.* || 19. metimur ... 20. latitudinem *om E.* || metimur *om R.* || 20. et latitudinem *om A.* || et crassitudinem *erasa E.* || 21. metitur *E.*

AER Angulorum genera sunt trea, rectus acutus hebes. rectus est qui normaliter constitutus est. acutus est qui
(*R*).(*A*) minor est recto. | hebes est qui maior est recto. |

[Pes quadratus amphoram capit. piscinae uel lacus pedes quadratos dicere.

s. q. metieris longitudinem per latitudinem, effectum per altitudinem: erunt pedes quadrati. si fuerint tot, totidem amphorae sunt piscinae uel laci.

Dolei dicere pedes quadratos.

metieris ab integro fundi diametrum, item diametrum et cum summi zametrum altitudinem cum mensus fueris . . . . . iungis tria aera in uno partem tertiam. quod fuerit in se effectum undecies, huius sumis partem quartam decimam. hoc ducis per altitudinem. erunt dolei pedes quadrati.

Calcis pes quadratus centum pondo pendet.

calcaria autem si non aequaliter instructa est in dolii effigiem, metieris eam quomodo et doleos. et quotquot pedes quadratos inueneris, inquires in regione illa, in qua mensuram feceris, ad quod pondo calcis uehis ueniat. quotiens centenas libras inueneris, tot assumes in pede quadrato, et dices quot uehes calcaria capit.

si uero aequaliter structa fuerit usque ad summum aedificium, zametrum sumes. hoc in se effectum undecies, sumes partem quartam decimam, et duces per altitudinem. habes pedes quadratos.]

1. tria *ER*. || 2. acutus qui *A*. || 3. recto] *add* podimus *E*. || 4. Piscina ē uel *E*. || 5. duceris *E*. || 6. s. q.] *i. e.* sic quaeramus. quae *E*. || 7. latitudinem *E*. || totidem] am *E*. || 8. sunt piscinae] .est. piscina *E*. || 13. decies *E*. *cetera peritiores restituant*. || 14. latitudinem *E*. || 16. calces pedes quadratos *E*. || 20. pando *E*. || 21. totas sumes *E*. || 22. quod uehis *E*. || 24. undecimam *E*. || 25. latitudinem *E*.

In ambligonio datis tribus lineis dicere eiecturam *AER* super quam perpendicularis cadet.

sic quaeramus. sit ambligonium, cuius maior hypotenusa | est ped. XVII, basis eiusdem ambligoni ped. VIIII, *A*10 hypotenusa minor ped. X. dicere eiecturam eiusdem ambligoni super quam perpendicularis cadet.

s. q. maiore hypotenosa in se multiplicata, ex ea summa deduces duos minores numeros singulos in se multiplicatos. quod super fuerit, sumes partem dimidiam. partior a base. erit eiectura super quam perpendicularis cadet.

perpendicularem si uolueris, de hypotenusa minore | multiplicata in se tolles eiecturam in se multiplicatam. *E*27 reliquum quod super fuerit, sumes latus. erit numerus perpendicularis. (fig. 213.)

In trigono hortogonio, cuius podismus est ped. XXV, *A*11 embadum ped. CL, dicere cathetum et basem separatim.

1. ambigonio *E*, ampligonio *R*. ‖ dicereiecturam *A*, duc recturam *E*. ‖ 2. perpendiculaueris *E*. ‖ cadit *R*. ‖ 3. sic quaeremus Sit ampligonium *R*, perpendicularem sic querimus sic ampligonium *E*. ‖ hypotenosa *E. sic semper*. ‖ 4. XVII] XVIII *AER*. ‖ bases *E*. ‖ ampligoni *E*, ampligonii *R*. ‖ VIIII *AR*, XI *E*. ‖ 5. dicereiectura *A*, De rectura *E*. ‖ eius *E*. ‖ ampligoni *E*, ampligonii *R*. ‖ 6. que^{a}m *A*, quem *E*. ‖ perpendiculaueris *E*. ‖ cadit *R*. ‖ 7. $\bar{s}$ $\bar{q}$ maiore *A*, his quae maior est *E*, Sequitur maiorem *R*. *tum* hypotenusam sumes ex ea summa *R*. ‖ 8. deducis *A*. ‖ duas *E*. ‖ quos singulos in se multiplicatos copulabis summae. *R*. ‖ 9. sumu^{s} *A*, sumis *R*. ‖ 10. partior abasse *A*, fortiore base *E*, et partire ad basim *R*. ‖ electura *A*. ‖ perpendiculaueris *E*. ‖ 11. cadit *R*. ‖ 12. perpendiculare *A*, perpendicularis *E*. ‖ de *et* minore *om E*. ‖ 13. tollere eiectura *A*, tollere in adiectura *E* ‖ in se *om A*. ‖ multiplicata *AE*. ‖ 14. reliqui *R*. ‖ quod *ante* erit *add R*. ‖ 16. ortogonio *ER semper*. ‖ podimus *E. intellege hypotenusam*. ‖ 17. in uadum *E*. ‖ ducere *E*. ‖ chotetum *A*, catectum *semper E*. ‖ basi *E*.

AER s. q. semper multiplico hypotenusam in se fit p. DCXXV. ad hanc summam adicies IIII embada, quae faciunt pedes DC. utrumque in unum. fiunt ped. ∞CCCXXV. huius sumo latus, quod fit p. XXXV. deinde ut interstitio duarum rectarum inueniatur, facies hypotenusae numerum in se. fit p. DCXXV. hinc tollo IIII embada, et remanent ped. XXV. huius . . . . . fit V. erit interstitio. quam *A* 12 mitto ad duas iunctas, | id est ad XXXV. fiunt ped. XL. huius sumo semper partem dimidiam. fit ped. XX. erit basis trigoni. si tollo de XX interstitionem, id est ped. V, reliqui sunt ped. XV. erit cathetus eiusdem trigoni. (fig. 214.)

Si datum fuerit trigonum hortogonium, et dati fuerint cathetus et basis in se ped. XXIII, embadum huius trigoni ped. LX et hypotenusa ped. XVII, dicere cathetum et basim separatim.

s. q. facio hypotenusae numerum in se. fit CCLXXXVIIII. *A* 13 hinc tollo quattuor embada, quod fit CCXL. | reliquum XLVIIII. huius semper sumo latus. fit VII. hoc semper adicio ad duas iunctas, id est ad XXIII. fiunt pedes XXX.

1. s̄ q̄ *AR*, his quae *E semper*. ‖ hypotenusa *A*, hypotenosa *E*. *tum* XVIII in se DCXXV. *R*. ‖ p. *om A*. ‖ 2. DCXX. *E*. ‖ summa *A*. ‖ adicio *ER*. ‖ quae faciunt *AR*, et fit *E*. ‖ 3. pedum *R*, p̱ *E*. ‖ faciunt, *omisso* ped., *R*. ‖ 4. quae sunt *R*. ‖ p. *om AR*. ‖ 5. rectuarum *E*, rectarum linearum *R*. ‖ inuiniatur *A*. ‖ faciam *R*. ‖ 6. fiunt *R*. ‖ p. *om AR*. ‖ huic *R*. ‖ inuada *E*. ‖ et remanent *om AE*. ‖ 7. *adde* sumo latus. ‖ fit .v. *E*, fit *A*, quinta pars *R*. ‖ Quam mitto ad *R*, *om AE*. ‖ 8. iunctas *om R*. ‖ ad *om E*. ‖ fiunt *A*, fit *E*, et fient *R*. ‖ 9. dimidiam partem *R*. ‖ efit ped̄ *A*, fit *E*, et fiunt pedes *R*. ‖ 10. interstitione *A*, institutione *E*, intersectionem *R*. ‖ 11. reliquos suprascriptos p. XV. *E*, *om R*. ‖ chatetus *A ut solet*. ‖ trigoni] *add* p XX. *E*. ‖ 12. ortogonum *R*. ‖ 13. catetus *A*, catecti *E*. ‖ in se] *scribe* iunctae. *add* faciunt *R*. ‖ embadum ... 19. id est ad XXIII *om E*. ‖ 14. hypotenosa *A*. ‖ catetu et base *A*. ‖ 16. Sequitur *R*. ‖ ypotenusae *A*. ‖ 17. Huic *R*. ‖ quod fit *A*, id est *R*. ‖ relinquuntur *R*. ‖ 18. fit *A*, id est *R*. ‖ 19. iuncturas *R*.

huius semper sumo dimidiam. fit XV. erit basis eiusdem *AER* trigoni. de duabus iunctis, id est de XXIII, tollo ped. XV. reliqui ped. VIII. erit cathetus. (fig. 215.)

Si datum fuerit trigonum oxygonium, cuius tris numeri dati sint, minor latus eius ped. XIII, basis ped. XIIII, maior latus ped. XV, dicere perpendicularem eiusdem oxygoni et praecisuras singulas.

s. q. semper facio XIII in se. fit CLXVIIII. | et XIIII *A* in se. fit p. CXCVI. utrumque in unum. fit p. CCCLXV. ex hac summa semper tollo XV, et in se. fit p. CCXXV. hoc tollo de CCCLXV. reliquum p. CXL. huius semper sumo partem dimidiam. fit LXX. hoc partior ad basem, id est ad XIIII, et fit V. erit minor praecisura eiusdem oxygoni.

. . . . . s. q. de hypotenusa minore, id est de XIII, in se tollo minorem praecisuram [in se], id est V, et in se. quod superest, latus erit perpendicularis. (fig. 216.)

1. dimidium id est XV *R.* ‖ eius *E.* ‖ 2. de duas iunctas *AE.* ‖ de XIII. *E.* ‖ tolle pēd XV *AR*, tollo XV *E.* ‖ 3. reliqui sunt *R.* ‖ ped. *om E.* ‖ *in fine add* minus latus eius *R.* ‖ 4. Si fuerit datum *R.* ‖ exigonium *R*, exagonum *E.* ‖ tres *ER.* ‖ numerus quartus *E.* ‖ 5. dati sunt *R*, datus sit *E.* ‖ minor latus eius *om R. sed confer u.* 3. ‖ bases *A.* ‖ ped. *om R.* ‖ XIII. *E.* ‖ 6. maius *R*, minor *E.* ‖ diuere *A*, ducere *E*, dicere debes *R.* ‖ eius *E.* ‖ oxigonii *R*, exagoni *E.* ‖ 8. Sequitur *R.* ‖ semper *om AR.* ‖ XIIII. *E.* ‖ fiunt *R.* ‖ p. *om AR.* ‖ C : : VIIII *duabus notis erasis A.* ‖ et XIIII *om E.* ‖ 9. fiunt *R.* ‖ p. *om AR.* ‖ p. *om R.* ‖ 9.10. et hanc summam *E.* ‖ 10. tolle *A.* ‖ et in se multiplico fiunt *R.* ‖ p. *om AR.* ‖ 10.11. hoc tolle de *A*, de hoc tollo *E.* ‖ 11. relinquuntur *R.* ‖ p. CLX. *E*, CXL *AR.* ‖ semper dimidiam sumo partem. *E.* ‖ 12. fiunt *R*, *om E.* ‖ patior *E.* ‖ basim *R.* ‖ 13. fiunt *R.* ‖ exigonii *R*, exagoni *E.* ‖ 14. *adde* perpendicularem si uolueris. ‖ s. q. de] his quae de *E*, Quod de *R*, quae *A.* ‖ hypotenosa *AE.* ‖ min. *A.* ‖ 14.15. id est *de A*, id est de XIIII. in se. tollo minorem praecisuram in se id est *E.* ‖ 15. XIII] XIIII *AER.* ‖ in se *utrobique om R.* ‖ 16. V *AR*, XV *E.* ‖ in se *om R.* ‖ superest latus *AR*, perpendiculatus *E.*

AER Dato inpari numero trigonum hortogonium instituere.
A 15 datus numerus sit tres. s. q. datum numerum, id est III, in se. fit QIII. hinc semper tollo assem. fit QII. huius tollo semper partem dimidiam. fit IIII. erit basis. ad basem adicio assem. erit hypotenusa, pedum V. (fig. 217.)

Item a pari numero trigonum hortogonium instituere.
E 25 ut puta sit par | numerus Q. semper huius sumo partem
R 20 | dimidiam. fit III. hoc in se. fit nouem. hinc semper tollo unum, et fit VIII. erit basis trigoni. (fig. 218.)

A 1[c] Omnem trigonum una ratione podismare, ut puta hortogonium oxygonium et ambligonium.

s. q. cuiuslibet ex tribus triangulis tres numeros iungo in unum. id est hortogonium cuius numeri dantur, chatetus ped. VI, basis ped. VIII, hypotenusa ped. X, hos tres numeros iungo in unum, et fiunt XXIIII. huius semper sumo dimidiam partem. fit XII. hoc sepono, et ex hoc numero, id est de XII, tollo singulos numeros. tollo VI: reliquum pono sub XII. item basim ped. VIII tollo de XII: reliquum pono sub VI. hypotenusam ped. X tollo de XII:

1. inpari] pari *AR*, in parte *E*. || trigono *E*, *omisso* hortogonium. || 2. dictus *E*. || sint III *R*. || datu numerum *E*, Datus numerus *R*. || 3. fiunt *R*. || asse *A*. || fit octo QII. *A*, fiunt octo *R*. || 4. tollo *om A*, sumo *E*. || semper *om R*. || partem] tem *pr A*. || fiunt *R*. || ad base *A*, ad basim *R*. || 5. adicias *R*. || assem *ER*, ad se *A*. || ped̄ v *A*, Erit *E*. || 7. a *E*, *om AR*. || 8. pars numeri *E*. || senarius. huius *R*. || 9. fit. III. III. hoc in se fit *A*, fit hoc ter inter se fit *E*, fiunt. III. tres in se. fiunt *R*. || hinc ... 10. VIII *om E*. || 10. et fiunt *R*. || VIII *R*, VIIII. *A*. || regoni *A*. || 11. podimare *E*. || 12. ortogonium exagonium et ambigonium *E*, ortogonium et ambligonum *R*. || 13. triangulis *AR*, angulis *E*. || .III. *AR*. || 14. in uno *E*. || id est *om pr A*, ut puta *R*, || ortogonii *R*. || cathetus quidem *R*. || 16. numerus *A*. || in unum *om AR*. || 17. dimidium *R*. || partem *om AR*. || fit *om R*. || et *om E*. || 18. tollo VI *om AR*. || 19. sub XII ... 20. reliquum pono *om E*. || 20. hypotenusa *A*, hypotenosa *E*. || de *om E*.

reliqui duo: pono sub quattuor. deinde multiplico VI per IIII. fit XXIIII. hoc duco II, et fit XLVIII. hoc | duco per XII. fit DLXXVI. huius sumo latus, et fit XXIIII. erit embadum. et cetera trigona eadem ratione podismabuntur. (fig. 219.) *AER* *A* 17

Si datum fuerit trigonum [et] orthogonium, et dati fuerint omnes numeri eius, a recto angulo missa super ypotenusa perpendicularis et singulae praecisure desiderabuntur.

s. q. ut puta trigonum et orthogonium, et cathetus sint p. q̄ı5, uasis ped. X, ypotenusae ped. XII. semper multiplico cathetum per uasem. fit XXV. effectum partior ad hypotenusam. fit q. | erit perpendicularis. ut quera- *A* 18
mus singulas precisuras, ...

1. reliquum. II. *E*, relinquuntur. II. *R*. || 2. fiunt *R. sic semper.* || et *om AR.* || 4. in uadum *E.* || citera *A*, cae ra *E*, ceteri *R.* || trigoni *R.* || edem *A.* || podimabuntur *E.* || 6. et *om R.* || 7. omnes q̄II numeri *A*, *sed deletis numerorum notis.* || ad recto *A*, adirecto *R.* || 8. hypotenusam *R.* || 9. singuli *A*, singulare *E.* || 10. Seq. *R.* || trigoni orthogonii cathetus *R.* || et] *an* est? || oregonium *pr A.* || 11. sint *AR*, est *E.* || q̄ı5 *A*, VIIII *R*, VI *E.* || basis *ER.* || hypotenosa *E.* || pedum XLI *R.* || 12. per assem fit p lxxxv. *E*, per basim fiunt LXXX *R*, || effectum *om R.* || partior *AR*, facio *E.* || 13. ypotenusa *A*, hypotenosa *E.* || 14. M̄. Iuni niPsi Lib̄. EXPLICIT INCIPIT APROFIDITI. FELICITER ET BETRUBI RUFI ARCKITECTONIS *A*; *quae om ER: sed sequuntur excerpta eadem in A usque ad p.* 60, *cui subscriptum est* EXP. LIB̄. APROFODITI. ET BETRUBI RUFI ARCKITECTONIS. INC̄. IULI FRONTINI DE AGRORUM QUALITATE FILICITER, *et in E p.* 28,19-29,20. 30,3-15, *et in R usque ad p.* 27,19. *horum particulam, quae est in A p.* 55,6-57,1, *in R p.* 27, *dedi in Coloniis p.* 245.

G 204

EX LIBRIS DOLABELLAE.

Omnis terminus ab oriente lympidum latus habet, ab occidente roscidum latus habet. (fig. 223.)

Vertices agrorum qui sunt? si sunt in montibus lapides tantum modo, et non potest in eis fodiri et terminus figi: inductis quadratariis ut firmius esset quod naturaliter dolantes in montibus ex monte terminum eminentem monti constituerent, quam si cauarent et sic infigerent lapides finales. ideoque uertices agrorum, quod sicut uerticem in capite humano natura prestitit, sic et in montibus mensores docti instituerunt ut essent uertices agrorum qui in montibus lapides naturales sunt. (fig. 224.)

G 205 Omnis possessio quare Siluanum colit? quia primus in terram lapidem finalem posuit. nam omnis possessio tres Siluanos habet. unus dicitur domesticus, possessioni consecratus. alter dicitur agrestis, pastoribus consecratus. tertius dicitur orientalis, cui est in confinio lucus positus, a quo inter duo pluresue fines oriuntur. ideoque inter duo pluresue est et lucus finis. (fig. 225.)

Fines templares sic quaeri debent; ut si in quadrifinio est positus et quattuor possessionibus finem faciet. quattuor aras quaeris, et aedes quattuor ingressus habet ideo ut ad sacrificium quisquis per agrum suum intraret. quod si desertum fuerit templum, aras sic quaeris. longe

1. limpidum *P.* ‖ 3. occidentem rospᶜidum *G.* ‖ 4. si sunt *om G.* ‖ lapideis *G.* ‖ 8. quam sic *G.* ‖ 9. quod] ut *G.* ‖ 11. ut essent] Hi sunt *G.* ‖ 13. colet *G.* ‖ 17. cui] qui *G.* ‖ 19. finis *om G.* ‖ 22. aedes *factum ex* aedis *G.* ‖ 23. ideoque ut *G.*

a templo quaeris pedibus XV, et inuenis uelut fundamenta aliqua. quod si inter tres, trea ingressa habet: inter duos dua ingressa habet templum. (fig. 226.) *G*

In agro oliuario sic quaeris quo dirigant fines. si ordines oliuarum sibi in transuerso occurrerint, sic est rigor finalis. si certi ordines sibi conuenerint, non est rigor finalis: nam hi duo rigores ebetes sunt appellati, quia sine lapidibus sunt. ideoque non potest ager oliuarius demetiri, nisi sic ut ad ordinem disconuenientem adtendas: et sic recolligis quo finis inter possessiones demetiatur aut qua exitum habeat. (fig. 227.)

Fines sepulturarios siue cineratios sic intellegis, quo uadunt rigores inter possessiones, iuxta sepulturam siue buxus siue etiam cineates aut cacabos inuenis aut orcas fractas aut certe | integras. ut inuenias si finalis est se- *G* 207
pultura, quaeris longe ab ea pedes quinque aut aratro terram agis: et si inueneris ea signa, finalis est sepultura. si enim non inueneris, transi in alio latere: et sic per rigorem uicinarum possessionum in rigorem uenies de quibus possessionibus intentio uertitur: et sic ueritas agnoscitur. (fig. 228.)

Quare per aedes publicas in ingressus antiqui fecerunt crucem, ANTICA, et POSTICA? quia aruspices secundum aruspicium in duabus partibus orbem terrarum diuiserunt; una parte ab oriente in occidentem, alia a meridiano in

6. rigor pinnalis *p.* 254,1. || 8. sine capitibus *puto*. || ideoque] hodieq. et *G*. || 10. et sic te colligis *G*. || *aptius* derigatur, *nisi fallor*. || 11. quo *G*. || 13. uadant *G*. || siue] sunt *GP*. || 14. siue] sunt *G*, sunt *P*. || *scribendum* cinus aut testas aut cacabos. || 18. enim] *potius* ea. || 20. contentio *Rudorffius*. || 22. in ingressos *G*. || 23. secundum] sed *G*: *infra recte* scd. || 25. unam partem *G*.

G septentrionem. ideoque si qui imperatorum aut consulum pugnantes terras adquisierunt nomini Romano et partiti sunt ueteranis aut militibus Romanis, et pro uoto suo dis templum aedificauerunt, ut sciretur a posteris quia adquisierant terras nomini Romano, secundum aruspicium signum fecerunt in aedes deorum suorum, ut scriberent ANTICA et POSTICA. (fig. 229.)

1. siquis *G*. ‖ 4. adquisierat *G*.

EX LIBRIS LATINI DE TERMINIBVS. G209

Terminus si caput de aquila factum habuerit, (fig. 230) montem transcisum transit, et usque in oliuastellum mittit. si tres oleastri fuerint, trifinium faciunt.

Terminus si transpertusus fuerit, (fig. 231) cisternam significat, alueum transit, et usque in aqua uiua mittit, et ipsa aqua uiua in arca trifinii est.

Terminus si subcumbus positus fuerit, (fig. 232) limitem ostendit. quidam maxime per conuallia pergunt. si autem in plano subcumbus positus fuerit, ubi uallis non sit, in proximo ante se claudet finem.

Terminus si in quadrum dolatus fuerit (fig. 233) et in latere punctum habuerit, fontem significat. si uero super se cauum habuerit, puteum finalem significat.

Terminus si a sursum usque deorsum scissuram habuerit, (fig. 234) fluuium aut certe riuum significat.

Terminus si super se plumbum habuerit, (fig. 235) stagnum significat aut cisternam.

Terminus si subcauus fuerit, (fig. 236) lauacrum significat.

Terminus si bifurcus fuerit, (fig. 237) samardacus dicitur, trifinium facit.

Terminus si rotundus fuerit et breuis, et de una parte in latus punctum habuerit, (fig. 238) in fontem quatuorangulatilem descendet.

13. in *om GP*.

G Terminus si ecce talem (fig. 239) lignum habuerit subtus uel supra, arborem peregrinam significat, qui in eo loco ex studio in fine posita est.

*G*210 Arbor si plumbum habuerit (fig. 240) idem sicut terminus, aut stagnum aut fluuium maiorem aut fontem significat.

Termini autem omnes nec uno modo nec uno tenore sunt constituti, in trifinium aut quadrifinium, et sagrabam quam appellant adluuionem. etiam monticelli sunt in finibus constituti. (fig. 241.) alioquin qui nesciunt quid est in lectionibus, negant esse in finibus constitutos autem in tempore quando milites occidebantur in bello publico: alibi quam maxime non ponebantur, nisi circa fines et in centuriis: et quantos milites ponebant, tantos lapides defigebant. ideoque scringis et allabinibus et centuriis signa proponebantur. Quoniam terminus si in tres acies constitutus fuerit, tres lineas auctoris ostendit; si in quattuor acies, quadrifinium facit. (fig. 242.)

GENERA LAPIDVM FINALIVM.

Lapis fluuialis cromatica uocatur. lapis Tiburtinus caesalis dicitur. terminus coctus testatius ullageris dicitur. lapis alua silicinea, si peralua fuerit, Galliensis nuncupatur: si mixta uena habuerit, ignifera nomen habet. nam in aliquibus locis terminos non dolitos posuimus, et nihil illis subter addidimus. terminus si uenas mixtas habuerit, ficto aciem dicitur, aspratilis autem qui uelut siguinum coagulatus lapis naturalis fuerit. terminus si superius | politus fuerit et inferius subulis inpolitus, monumentalis est, non habet fidem finitionis. *G*211

11. *legendum* constitutos. constituebantur autem. ‖ intempr *G*. ‖ 12. quam *P*, qui *G*. ‖ 28. *Agrorum quae sit inspectio p.* 281,20.

GAIVS AVCTOR V. P. G

Nam et naturales lapides cecidimus et in finem constituimus. in orientales partes autem omnes palos de ilice picitos posuimus: in terminatione uerum quam maxime sub terra ipsos palos percooperuimus, et signatim, ut inueniantur pali ipsi, stellam consecrauimus. (fig. 243.) et ipsa stella iunior nomine uocatur. terminus autem si una acie reproba habuerit, hoc est non aequalem aciem, ipsum quoque reprobum reputamus. (fig. 244.) id autem ponitur aliquando in trifinium. in quadrifinium autem reprobus non ponitur, nisi solidus lapis. et quattuor lapides in quadrifinium constituimus. (fig. 245.) si extra quattuor lapides fuerit, epetecticales obseruentur.

AVCTOR VITALIS.

Terminus si fuerit quinque pedes intra limitem, aliis quinque pedibus in caput limitis terminum inuenies.

Terminus si in medium limitem constitutus fuerit et unam partem subcauam habuerit, tres monticellos transit, et in tertium monticellum arcam circa lauacrum significat, et ipsa arca in quadrifinium constituta est.

FAVSTVS ET VALERIVS VV. PP. AVCTORES.

Per Gallias et per Africam.

Dum per Africam assignaremus, circa Chartaginem in aliquibus locis terminos rariores constituimus, ut inter se

2. *conf. p.* 346,7. || caecidimus *P.* || 6. *conf. p.* 346,9. || 7. ipsa *P*, ipsi *G.* || 8-10. *conf. p.* 354,13.

G habeant pedes ii̅cccc. in limitibus uero, ubi rariores terminos constituimus, monticellos plantauimus de terra, quos botontinos appellauimus. et intra ipsis carbones et cinus
G 212 et testa tusa | cooperuimus. trifinium quam maxime quando constituimus cum signis, id est cinus aut carbones et calce ibidem construximus, et super duximus, et super toxam monticellum constituimus. in Chartagine et in prouintia ss. quam maxime oliuastellum et cotoneum (fig. 246.) et sabucum in finem constituimus, et circa sabucum monticellos constituimus, sicut superius scripsimus, cum signis et sigillis quam maxime. fines ut sint breues in prouintiis et per montibus saxuosis limites de lapides constituimus. et in aliquibus locis murum de lapides fecimus constringere, ex calce et harena fundamenta quam maxime. in alios fines nihil posuimus, sed ex opere fossas fecimus mitti in alto. alios fines, quos sursum monte direximus, in xii pedes latitiam constituimus propter ripae ruinam. circa urbem Babylonis Romae maritimum fiet et Gallicum. iubeo te ius iurandum prestare, si cotoneum malum inueneris, quia trifinium erit. si oliuastellum fuerit in medium, unum terminum demonstrat. laguinas tres quadrifinium faciunt. in conuallia loca aqua demonstrat. (fig. 247.) terminus si tres petras circa se habuerit fixas, trifinium facit.

G 213 Terminus in modum arcellae cauatus Claudianus dicitur. breuis est. et si tres fuerint, trifinium faciunt. (fig. 248.)

4. quemaxime *G.* ‖ 8. quæmaxime *G.* ‖ 14. quemaxime *G.* ‖ 18. *conf. infra p.* 178 *G.*

LATINVS V. P. TOGATVS. G214

Terminus siue petra naturalis si branca lupi habuerit facta, (fig. 249.) arborem peregrinam significat.

Terminus siue petra naturalis si branca ursi habuerit, (fig. 250.) lucum significat.

Terminus siue petra naturalis si ungulam pecoris bifurcam habuerit, (fig. 251.) de sub saxo egredientem aquam significat.

Terminus siue petra naturalis si caput uituli sculptum habuerit, (fig. 252.) de duobus montibus aquas egredientes significat, per quas lineae confinales descendunt: super se autem sacra paganorum ostendit in trifinio.

Terminus si aspratilis fuerit et mixta piperacia loca habuerit, (fig. 253.) sine dubio in trifinio constat: parallelogrammum uocamus. constat eum habere legum initia consulta: pedatura eius fit pedes CCCCLX.

CCL	CCCL	CCCCL	DL	DC	DCC	DCCC	DCCCC	G215
A	B	C	D	E	F	G	H	
∞	∞L	IↃ	IIIↃ	∞	∞D	∞CC	∞CCC	
I	K	L	M	N	O	P	Q	
∞CCCC	∞D	∞D	∞DC	∞DCC	∞DCCC	∞DCCCC		
R	S	T	V	X	Y	Z		

Has litteras si inueneris in terminibus scriptas, singillatim, uel binas, quantum compotum habuerit, tantum quaeris ab eo in aliud signum.

Terminus si ungulam equi sculptam habuerit, terminum cursorium significat, et usque in fontem mittit, et ipse fons trifinium facit.

6.9. si *om G.* ‖ 13. piperacia *P*, piperatia *G.* ‖ 17. CCL *P*, CC *G.* ‖ CCCL *P*, CCC *G.* ‖ CCCL *P*, CCCC *G.* ‖ DL *P*, DC *G.* ‖ DCCC *P*, DCC *G.* ‖ DCCCC *P*, DCCC *G.* ‖ 19. ∞L *P*, ∞C *G.* ‖ 21. ∞d (*supra* T) *P*, ∞dc *G.* ‖ 26-28. *habet omissa figura P, om G.*

P_{51^b}

EX LIBRO XII.

INNOCENTIVS V. P. AVCTOR DE LITTERIS ET NOTIS IVRIS EXPONENDIS.

Casa per A nomen habens fines quam maxime paruos habet, si in monte fuerit. uerum si in planis locis posita fuerit, sub se fines spatiosos habet. super se proximos fines habet, sub se alueum qui currens fines eius demonstrat. et per pedes GAG p. CCCC in omnes circumdantes per pedes CCCCL, sicut superius diximus. casa si in plano fuerit, fines sub se, secundum quod in campo dixi. super se autem paruos fines habet. et haec ipsa loca macriora sunt. ab orientali parte aquam uiuam significat. a sextanea parte riuum significat. in fine suo monticellos habet, et ad pedem montis superius arca constituta, quae est in quadrifinio. MA grandes lapides in fine constituti sunt. tales signa in finibus habet casa quae per istam litteram nomen habuerit.

Casa nomen per B habens fines grandes habet, de latus se montem. casa si in plano loco posita fuerit, de una parte limes proximum casa uenit. prope se aquam habet. contra sextaneam partem maxime alueum in fine
P_{52^a} significat. si in montanis fuerit, | talia signa inuenies. si autem in planis locis fuerit, fines toti quam maxime in una parte ei subiacent; per longitudinem limitis pedum CCLII orientalis, qui ueniens inaequalibus lineis coheret. septentrio autem per pedes CL descendit. meridianus uero similis septentrioni. et ipse septentrio proximum casa. quaere si semper normaturam suam consequitur sic ut

3. et *om* *P*. || 8. GAG p. CCCC *P*. || 10. inplan*um* *P*. || 12. ab orientale*m* parte*m* *P*. || 13. fine*m* su*um* *P*. || 15. in quadrifini*um* *P*. || infine*m* *P*. || 20. una*m* parte*m* *P*. || 21. in fine*m* *P*.

per signa istius litterae inueniantur. ita capitulum ad no- *p*
tas iuris reuertatur. si super se montem habuerit, limitem eius per pedes CCL consequeris. et a sinistra parte terminos quam maxime significat. casa in arce constituta talia signa habet. si autem in campis fuerit, limes eius a sextanea parte proximus uenit. super se autem fines angustiores. de sinistra parte finium limites in uno loco conueniunt.

Casa per C nomen habens fines ante se habet, orientalem quam maxime proximum uenientem in alteros uicinos fines. fontem habens, circa casa fines maiores, sub se alueum, et trans alueum transit fines eius, et de latus se in fine proxima aquam habens. casa in sinistris Flaminiae indicat terminos. trans alueum transit, sicut supra diximus. per diuisis limitibus uias multas transit. limes eius per pedes ∞CC transit et lauacrum significat, in quem collis recturam sequeris lineae descendentis per pedes CCL, et usque in ualle, ubi est aqua uiua in trifinio in termino | constituta. sub se Flaminia. de latus se montem. *P* 52*b*
super se lacum in trifinio. de latus se uineam. a sextanea alueum et fontem, quem in alia fine habet. medius fons ad ipsam adpertinet. fines quam maxime grandes habens. de uno latere finem habet proximum, sicut superius diximus.

Casa per D nomen habens fines super se habet. maxime de super se mittit usque in uallem alueum. habens sub se planum, de latus se monticellos, arcam in quadrifinio constitutam, quae mittit usque in lauacrum, quod est circa uiam, fontem. de latus casa habet campum, habens sub campo alueum. uia quae mittit de trans alueum, transit illa limitem eius. de latus se pratum, uer-

13. fine*m* proxima*m* *P*. || 18. termin*um* *P*. || 20. trifini*um* *P*. || 21. in alia*m* fine*m* *P*.

P sus casa uineam positam. · proximum uineam casalem habens, quae praemit finem eius. casalis ipse in limite positus uersis finibus casa hoc habens de lateris ipsius finem grandem habens, sub se autem finem proximum coherentem. finis casalis riuo descendens super se alueum transit. trans alueum aqua uiua in quadrifinio constitutam. et super aquam uiuam, si in monte fuerit, super ipsum montem, quadrifinalis arca constituta est circa uiam. sub se autem campicellum habens superiorem recturam colli. nam limitem eius per pedes CCL duco latus eius id est medietatem fiunt pedes ↀCCL, sicut notis iuris expositum est.

Casa per E nomen habens alueum sub se quam ma-
P 53ª xime significat. de | latus alueum transit. retransit et limitem sextaneum ante se. sub se finem maiorem habet, de latus se proximam arcam constitutam in quadrifinio. et ipsa arca alueum significat. sub se uallem, quae campicellum est. super se montem qui explaius est. de latus se aquam proximam habens, sub se collem, et per ipsum collem uia uenit et retransit limitem, et descendit ipsa uia et uenit ad ipsam casam. itaque haec signa inueniri oportet.

Casa per F nomen habens fines ante se habet grandes. casa in monte est posita, habens sub se uallem, super se montem. de latus se alueum significat. si in campo fuerit casa de littera supra scripta, fines maiores habet. proximum casa uenit fines quam maxime in longum habens, in latitia breuiores. et ipsos fines alueus transit. limitem autem sextaneum proximum habet. signa requirenda oportet. si sic fuerit fundus constitutus, sub

2. in limitem *P*. ‖ 16. quadrifiniu*m* *P*. ‖ 24. in monte*m* *P*. ‖ 26. supra scripta] s̄s *P*, *semper*. ‖ 26. maio habet *P*. ‖ 28. latitia*m* *P*.

se campum habet extensum, fines grandes significat. si *P*
in monte fuerit constitutus, excogimus finem habere contra duas paginas fundorum. et signa supra scripta conueniunt excogimus obseruare.

Casa per G nomen habens fines tortas habet. casa si in monte fuerit, latus se fontem proximum geret, sub se uallem et alueum, et trans alueum uia, sub uia aqua uiua, terminos decursorios, super se montem. arca trifinii in arcem posita trans alueum significat in trifinio positam. si in campo fuerit, limites quam maxime requirendos | oportet secundum constitutionem quam constituerunt *P* 53*b*
auctores. de aliis partibus limitem proximum coherentem, super se arcam in monte constitutam. ergo rariores terminos habet casa supra scripta. talia signa inuenies POLIH.

Casa per H nomen habens montem, post montem casa. MKV. montem super alueum. si in monte casa fuerit, fines quam maxime largiores habet, sub se autem uallem. latus se per singula singulas habet lineas. sinistra parte uinea posita. si ab orientales partes fines fortiores habuerit, a sextanea parte limitem proximum habet. mons ipse sub se alueum habet a sextaneo. si in planis locis casa fuerit, maxime ab orientis parte limes proximus uenit. sub se fines spatiosos habet. de latus se aquam uiuam usque in ipsos fines eius pertingunt.

Casa per I nomen habens fines grandes habet, sed in longum, si sextaneo pedes ∞ ∞CCC. si in campestribus locis finem habuerit, in latitia pedes CLXII ad aream examinis, hoc est ex legibus constitutam. et si fines per montem habuerit, maiores et graciliores habet. de sinistra parte terminus. proximum casa uenit limes eius sub ea per

6. 13. in montem *P*. ‖ 28 latitiam *P*

P pedes CCL, superius contra se usque in triuium pedes ∞ ∞. si super se montes fuerint, permissa linea rectis collibus oportet quaeri secundum artificium agri mensurae.

Casa per K nomen habens. casa in latere montis posita est. ante se finem habet, sub se uallem, super se *P* 5,a montem, de latus | se alueum. et in ualle duas aquas uiuas habet, de sub se campum extensum, sub campo alueum. et ipse alueus finem facit, quoniam prolixiorem lineam ex coherentibus signis habet. sub se duos alueos habet, super se duos montes. inter montem et montem duae congeriae lapidum in fine constitutae. super se uero collinam extensam. sub se alueum,. et proximum se pentagonum habet, in sinistris pratum. per collinam autem uia excurrit usque in trigonium constitutum, quae de latere definit per singulos terminos. si alueum super se habuerit, finem transit eiusdem casae. si montem de super se habuerit, arcam in latere montis habet, circa aquam uiuam.

Casa per L nomen habens sub se finem proximum et de secus aqua significans. de latus alueum transit limes sextaneus, super se fines proximos in uno loco, in monte arcam constitutam habet examine. deinceps arca descendens per duas ualles in unam lineam pergens per duo genera montium. ad singulos assignauimus limitem per pedes CCCCLV, sicut in notis iuris requirendum est.

Casa per M nomen habens de sinistra et dextra quam maxime aqua significat, fines grandes habet. casa in media fine posita super se interdum modicum proximiorem finem habens. fines in quadro habens. limes maritimus Gallicum intercidet. ideo plerumque casa aquam in curte *P* 5,b habet, aliquotiens super | se fines extensos. sub se au-

7. sub camp*um* *P*. ‖ 11. in fine*m* *P*. ‖ 22. monte*m* *P*.

tem proximiorem de latus se montem habens. super al- *P*
ueum arcam constitutam in trifinio. arca perget ped. XCIIII
et usque in alium per ped. LXXX. per pligorias lineas
oportet computare.

Casa per N nomen habens de sinistra parte fines par- 5
uos habet. casa si in campo posita fuerit, super se fines
modicos habet, ante se alueum currentem. limes eius in
longum fit pedes CCCL. et hoc in alio casale impinget,
partiens miliarium in sinistra. cui mitto casalibus accepta
mensuris ad singulos: fit pedes $\overline{IIII}$. si super se planum 10
habuerit, liberi fundi computatio supra scripta obser-
uetur.

Casa per O nomen habens interdum in monte posita
est. et si in monte fuerit in quo campus est, fines ro-
tundos habet et cultos. per mediam finem aquam signi- 15
ficat, sub se cannucias et res palestres habet, et foris
aquiuergia. arca in monticello constituta, cuius casalis
alio casali coniungit. ideo haec arca in trifinio sita est.
si in monte casa constituta fuerit, limitem proximum se
habet, super se triuium et uias uenientes. super se tri- 20
Terminus quadratus similia angula habens, (fig. 327.) *G* si nullum signum habuerit, per aequalia latera limitem demonstrat. ipse acies extenduntur. nam sine dubio finem faciunt et habet initium pedaturae, ped. CCCL et CCCCL et DCL et DCCL et DCCC, et si multum, in p. ∞L.

Termini quos in planis locis posuimus, distant a se in p. CCCLX.

Termini quos in uallibus posuimus, distant a se in p. CCCLXXV. si imbricem ante arcam inueneris constitutam (fig. 328.) uel tubulum in modum cursorii, riuum significat. si uero tegulae, si tres inuentae fuerint, trifinium faciunt.

Terminus a ferro taxatus si fuerit, et subditum nihil habuerit, epilogonius nuncupatur.

Terminus in medio limite si fuerit constitutus et unam partem subcauam habuerit, tres monticellos transit, et in tertium monticellum arca circa lauacrum significat, et ipsa arca in quadrifinio est constituta. a sextaneo uero si uis sequi limitem, rectam serram sequeris ped. CL. a septentrione in sinistra limitis denormata linea a duodecima parte per subrectioribus locis usque in aquam uiuam, ubi est terminus epetecticalis subseciuorum.

GAIVS ET THEODOSIVS AVCTORES.

Terminos singulares in trifiniis si constituimus, adire *G* 149 a singulo usque ad alium pedes CCCL et DXII; si in quadrifinio usque ad alium quadrifinium per cursorios, pedes CCXXV, et CCLXXV. et si termini uno colore in quadrifinio

5. ∞L *P*, CCL *G*. ‖ 15-22. *haec auctiora habes infra p.* 352,8 *ex eodem Vitale.* ‖ 17. labacrum *P*. ‖ 22. *subsiciua si possidentur,* ἐπίκτητα *dici possunt.* ‖ 23. GAIUS *P*, CAIUS *G*. ‖ 23-27. *confer p.* 343,23.

G et in cursorio positi sunt, reuerti ad auctorum sublimitatem iubemus, et quod iusserint obseruetur. nec enim uerecundum sit frequenter ad auctorum doctrinam reuerti. quotiens enim legeris singularum litterarum interpretationem, sine dubio artificiosius terminabis. nam termini ad modum agri sine rigore sunt ordinati, nec praeposuit alium alio. nam et lapides naturales cecidimus et in finem constituimus.

Stellam iuniorem super picitos palos consecrauimus: et ut inuenias rationem, inter se habent pedes CCCCXI.

Terminus quam maxime ideo II5 ped. habet, quod tali nomine utatur.

Terminus testacius in p. CCCCL. per Tusciam urbicariam et annonariam ueteranorum agri secundum modum iugerationes acceperunt: qui termini distant a se in ped. CC, in p. CCCC, in p. D. per terminos cursorios de trifiniis in quadrifiniis haec mensura constat.

Termini epetecticales in centuriis et in cardinibus habent inter se ped. DCCC. laguenas et orculas in finibus posuimus, et sepulchra in trifinio quam maxime.

Terminos in multis locis a ferro non taxatos in finibus constituimus. nam alios tegularum fragminibus circum calcauimus, alios autem sua caesura suffulsimus: aliquibus nihil est subditum.

Terminos quadratos sub terra conlocauimus, qui a mensoribus Italiae pro ipotenusa obseruantur. cathetum uero in terminum praesidentem in formam trifinii conlocauimus. nam et alios terminos quadros cursorios posuimus:
*G*150 qui nesciunt | eorum mensuram, non eos intellegunt, an in trifinio an in cursorio sint. et multos limites in errorem deducunt: nam distant a se in p. CCCLXXIIII et in ped. D.

*7. conf. p.*307,2. || caecidimus *P.* || *9. conf. p.*307,6. || *25.* conlocauimus *G.*

LATINVS ET MYSRONTIVS G
TOGATI AVGVSTORVM AVCTORES

DE LOCIS SVBVRBANIS VEL DIVERSIS ITINERIBVS PERGENTIVM IN SVAS REGIONES.

Aliquibus locis pro terminibus monumenta sepulchraue ueteranorum constituimus, in sequentibus lineis fossatos quos Augusteos appellamus. deficientibus autem illis terminos posuimus, aut certe instructuram fecimus, deinde limitem manu operis factum constituimus.

Item palos sacrificales defiximus, in quibus locis constricti mensuris frequenter sibi duas fines cuneatas occurrunt, propter rigorum aut linearum cursus. ergo in locis supra scriptis talia signa inueniuntur, termini Tiburtini, silicei, tufinei, igniferi, spatulae cursoriae, structurae parietum in modum lineae.

Monumenta finalia militari uiae non coniunguntur. monumenta uero non omnia sunt finalia, nisi ea quae in extremis finibus occurrunt.

Nam aliquibus locis alluuiones et diuergia aquarum et itinera finem faciunt, quae tamen uicem limitum expectant a regammantibus lineis uel percurrente rigore. in his locis nulla conportionalium signa inueniri possunt. ea ratione sicut scripsimus hortua nuncupantur.

Nam in multis agris diuersorum signorum fides querenda est, termini, congerias, macerias, uel foueae, arbores ante misse, sabuci, aqua uiua, uepres, et mala cotonea, uel diuersa genera arborum, quae in ea regione qua metiuimus inueniuntur peregrina.

In modum currentis lineae parietem struximus.

11.12. Hoc maxime inter Portum et Romam *margo P. conf. Colonia Veios p.* 222,14.

G Nam in locis montanis terminos posuimus rotundos, quos Augusteos uocamus, pro hac ratione quod Augustus
G151 eos | recensiuit, et ubi fuerunt lapides, alios constituit, et omnem terram suis temporibus fecit remensurari ac ueteranis assignari. qui lapides Gai Caesaris lapides rotundi ex saxo silice aut molari sesquipede in terra, super pedes duo semis, et ped. IIII, et distant a se in ped. $\overline{\text{II}}$CCCC.

Sunt et alii termini supra terram p. II, grassum p. 15ꝛ, alti p. IIII. distant a se in p. ∞CC.

Sunt et alii Neroniani, Vespassiani et Traiani imperatorum, lamminae et quadrati, in diuersis numeris constituti. in quibus alii gammati, alii uelut locorum natura permisit, ita positi sunt, in p. $\overline{\text{II}}$CCCC et in p. $\overline{\text{III}}$. in aliis uero locis monumenta sepulchraue ueteranorum constituimus.

EX LIBRIS MAGONIS ET VEGOIAE AVCTORVM.

Nam sunt monumenta quae propter perennitatem itinerum constituta sunt, quae nullam limitum recipiunt rationem. nam monumenta finalia non coniunguntur itineri publico, ei maxime qui auctoris nomen optinet per redemptores et magistros pagorum munitur: sed ab itinere publico separata sunt, et saepe pumicas habent, per quas ex industria finales lineae diriguntur. (fig. 329.)

Pontes quoque interdum trifini, interdum quadrifinii, aliquando pentagonii recipiunt rationem. et hoc si exegerit loci commoditas. hi uero pontes hac ratione deseruiunt, quorum aluea proximae eos fines ultro citroque

2. *conf. Ratio militiae adsignationis p.* 242,12. ‖ 6. sesquipede *P*, sexquippede *G*. ‖ 9. 15ꝛ *P*, 1.5.1. *G*. 9. in p. CCCC *G*. ‖ 26. exigerit *P*, exierit *G*.

non transmittunt, per quos et itinera publica currunt, G
| quibus limis lege colonica seruit. nam sunt et alii pon- G152
tes in uicinalibus et priuatis uiis, quorum aluea uariantur. quae tamen in trifinii rationem ex conuenientia limitum atque signorum cursus frequenter accipi possunt. (fig. 330.)

Aquarum ductus per medias possessiones diriguntur, quae a possessoribus ipsis uice temporum repurgantur: propter quod et leuia tributa persoluunt. quarum putea aliquotiens in cursorio a terminibus demonstrantur. quae si in extremis finibus occurrerint, ex conuenientia centuriarum in trifinio uel quadrifinio obseruari debebunt. idem uariatio fluminum, riuorum cursus, canabulae uel nouercae, quod tegulis construitur. saepe imbrices in finem posuimus, saepe instructuras fecimus. idem partes Tusciae Florentiae quam maxime palos iliceos picatos pro terminibus sub terra defiximus. ergo, ut superius legitur, una quaeque regio suam habet condicionem. nam Sabinensis ager, qui dicitur quaestorius, quem actis limitibus quibusdam laterculis quinquagena iugera incluserunt. postea uero aliquibus locis terminos posuerunt, et signa aliqua pro terminibus defoderunt. hi uero agri multas habent condiciones. nam in supra dictis locis suburbanis, ubi limitem opere manuum hominum ordinauimus, terminos non necesse habuimus ponere, nisi in certa ratione, in trifinio aut in quadrifinio. in praedictis locis in modum lineae | parietem construximus. et iuxta ipsam lineam G153
multorum militum ueteranorum sepulturae inueniuntur, sicut est in territorio Gauinati, id est pergentes, itinera, quae et ipsa saepe finem faciunt. nam in locis suburbanis circa ipsa itinera ea signa requirenda sunt, sicut et de agro Gauinatium diximus.

18. quaestorius *G*. || 30. Quibus signis itinera finitima probentur *margo P*.

G Ager uero qui Tibur appellatur, idem est assignatus, et aliquibus locis propter sterilitatem aut indigentiam, eo quod non inuenimus lapides peregrinos quos ponere, ex ipso metallo saxum a ferro signauimus, aut certe congerias petrarum, quae scorofiones uocamus. nam in aliis limitibus qui aliena nomen accipiunt, in ipsis quoque ita posuimus terminos; sicut et in locis saxuosis similis est condicio. nam in locis campestribus rariores terminos construximus, et maxime arborem peregrinam plantauimus. idem et in conuallibus constituimus, ut ubi limitem fecimus, aut certe fossas siue montes decisi siue ea per quae arcifinalis ager finitur constituimus, terminos difficile posuimus. nam et in ss. locis campestribus uel conuallibus limes sextaneus transit per limitem possessionis. nam limes orientalis usque in occidentem rumpi non potest, quia maximus appellatur maxime quia centurias claudit.

IDEM VEGOIAE ARRVNTI VELTYMNO.

Scias mare ex aethera remotum. cum autem Iuppiter terram Aetruriae sibi uindicauit, constituit iussitque metiri campos signarique agros. sciens hominum auaritiam uel terrenum cupidinem, terminis omnia scita esse uoluit. quos quandoque quis ob auaritiam prope nouis-
*G*154 simi octaui saeculi data sibi homines malo dolo | uiolabunt contingentque atque mouebunt. sed qui contigerit moueritque, possessionem promouendo suam, alterius mi-

6. id est in linearibus *margo P.* ‖ a linea *Goesius.* ‖ 8. In locis campestribus et rariores terminos et peregrinam arborem inueniri dicit. *margo P.* ‖ 17. Item Begoe *Salmasius recte.* Arruns *ex Lucano* 1,586. Vulcanius aruspex *apud Seruium ad Vergilii ecl.* 9, 46. ‖ 18. *fortasse* ex aere et terra natum. ‖ 21. *fortasse* saepta *uel* sancita. ‖ 22. quis *deleuit Turnebus.* ‖ prope nouissimi] *uide Censorium p.* 45,4. ‖ 23. data sibi] *fortasse* lasciui.

nuendo, ob hoc scelus damnabitur a diis. si serui faciant, dominio mutabuntur in deterius. sed si conscientia dominica fiet, caelerius domus extirpabitur, gensque eius omnis interiet. motores autem pessimis morbis et uulneribus efficientur membrisque suis debilitabuntur. tum etiam terra a tempestatibus uel turbinibus plerumque labe mouebitur. fructus saepe ledentur decutienturque imbribus atque grandine, caniculis interient, robigine occidentur. multae dissensiones in populo. fieri haec scitote, cum talia scelera committuntur. propterea neque fallax neque bilinguis sis. disciplinam pone in corde tuo. G

ARCADIVS AVGVSTVS AVCTOR

DE TERMINIBVS ET DE LINEIS PARTIVM ORIENTALIVM.

Constantinopolim maxime cum signis et sigillis constituimus terminos, et in fossa ex calce et harena construximus, et carbones subiecimus. nam in isdem prouinciis transmarinis et siliceos terminos posuimus, et in ipsis terminibus nomina fundorum scripsimus, ut sic quaeratur eorum pedatura sicut in libro XII auctores constituerunt, his generibus litterarum sicut in omnem mundum. nam et colores terminorum orientalium et lignorum finitimorum genera agri mensori notum faciam. sunt enim termini marmorei in limite, alii marmorei uirides, alii palumbacii, alii prasini, et ipsi termini V pedes in terram conlocati sunt: et alios marmoreos albos sicut subter in forma descripsimus. | (fig. 331) G155

[illegible] fficientur *Turnebus*. || 8. ro^{v}bigine *G*. || *legendum* occident: [illegible]runt multae || 16. et ex in fossa ex *G*. || 26. co^{l}nlocati *G*.

G Nam et in limitibus pro terminibus plantauimus dactulum, amygdalas, et mala cotonea, et maxime oliuastellum, et ficum caprium in fine constituimus. (fig. 332.) qui beneficium nostrum legerit, hoc obseruet, ut haec signa uel termini CCL inter se pedes habeant. ita de trifiniis: in quadrifiniis sicut superius exposuimus obseruetur.

ITEM VITALIS AVCTOR.

Terminus si in medio limite constitutus fuerit et unam partem subcauam habuerit, in tertio monticello arcam circa lauacrum significat, et ipsa arca in quadrifinio est constituta. a sextaneo uero si uis sequi limitem, rectam serram sequeris ped. CL. a septentrione in sinistram limitem determinatam lineam, pedes XII. inuenies arcellam *G*156 | in trifinio positam, et ipsud trifinium duabus lineis descendit per planuria, et alia a duodecima parte in suberectioribus locis usque in aquam uiuam, ubi est terminus epitecticalis, id est subseciuorum. planis dorsis quam maxime terminos posuimus, et multas centurias assignauimus, et terminos posuimus Tiburtinos, et alium posuimus tufineum. hi non sunt semper a ferro taxati, et circa botontinos obseruantur. constituimus in bilamnis et oliuastellum, in ipsis bilamnis fossatum fecimus: in aliis locis congerias lapidum fecimus, in aliis memoriam in finem constituimus. nam et monticellos de terminibus circum dedimus.

2. amecigdualas *G.* || 3. ficum Cypriam *Turnebus*, caprificum *uir doctus in margine G.* || 8. *conf. p.* 345,15.

ITEM FAVSTVS ET VALERIVS. G

In Africa et in Galliis et Sirmium, ubi pertica nostra definiuit, talia signa constituimus. itaque alios quadros terminos constituimus, alios rotundos, alios tres in unum secundum formam.

Si fuerit arca longa ped. XXX, lata ped. XV, alta ped. VII, duco longitudinem per altitudinem: fiunt ped. CCX. hoc duco per latitudinem: fiunt ped. $\overline{\text{IIII}}$CL. sic quaero pedaturam.

LITTERAE SINGVLARES

quae in diuersis locis inueniuntur, ubi termini in capitibus centuriarum sub terra inueniuntur. hae uero litterae in cursoriis eorum terminorum sunt, qui in trifinio aut quadrifinio sub terra, sicuti se sequuntur, inueniuntur. KM. MA. KA. XL. AQ. GI. NH. MXI. NK. IL. IF. SV. VS. KM. SD. IF. P. ∞D. F. P. CCCC. HO. IM. AI. GP. HO. RX. A. FM. AQ. M. DM. IN. KI. M. AD RI. DI. MI. SI. NO. ON. PA. CO. KM. LX. XP. RA. RV. DI. KI. distant autem a se in ped. DCCC, et $\overline{\text{II}}$CCCC per $\overline{\text{II}}$CCCC, CCCLXXV, et in ped. D.

Item aliae litterae singulares, quae in partibus Africae uel Mauritaniae in terminibus inuicem se ostendentes scriptae inueniuntur. MI. MI. GI. NO. NO. BHO. FA. ME. MA. PR. CCCL. BN. RE FS. | VS. AD. MO. RI. NO. NO. et distant a se G 157 in ped. CL, et in ped. $\overline{\text{II}}$CCL, alii in ped. ∞DCCC, et in $\overline{\text{II}}$CC, alii in ped. D, et in CCCLXXX, et in ped. DCCCCLX, et in $\overline{\text{II}}$CCCC per $\overline{\text{II}}$CCCC, alii in ped. CCCIII, et in DCCCCXIII, et in CCCXC, et in $\overline{\text{II}}$CCCXX, et $\overline{\text{VI}}$, et in $\overline{\text{VIII}}$LXXXV. nam molares in pedes CL et CCCCL et DCCCL et DCCCC et ∞CLV et ∞CC, et in ∞CCCL, et in $\overline{\text{II}}$CCCLX.

15. ∞d *P*, ccd *G*. ‖ 24. $\overline{\text{p}}$d. ∞dccc *P*, ped ccdccc *G*. ‖ 28. ∞clv *P*, cclv *G*. ‖ ∞cc *P*, cccc *G*. ‖ 29. ∞cccl *P*, ccccccl *G*.

G

DE IVGERIBVS METIVNDIS.

R 34 Kastrensis iugerus quadratus habet perticas CCLXXXVIII, pedes autem quadratos XXVIIIDCCC, id est per latus unum perticas XVIII, quae in quattuor latera faciunt perticas LXXII habet itaque tabula una quadratas perticas LXXII. si ergo fuerit ager tetragonus isopleurus, habens per latus unum perticas L, ita eum metiri oportet, ut sciamus quod iugera habeat intra se. duco unum latus per aliud: fiunt perticae IID, quae faciunt iugera VIII, tabulas II, perticas LII. (fig. 333.)

Itaque kastrensis iugerus capit K. modios III.

Ager si fuerit in rotundo habens per gyrum perticas LXXX, sumpta quarta parte, id est XX, multiplicas in se: et fiunt CCCC perticae. sumis CCLXXXVIII, quod est iugerum: remanent perticae CXII, quae faciunt tabulam unam
G 155 semis et perticas IIII. | (fig. 334.)

Ager si fuerit trigonus isopleurus, habens tria latera per quae sexagenas perticas habeat, duco unum latus per alterius lateris medietatem, id est LX per XXX: fiunt perticae ∞DCCC, quae faciunt iugera VI, tabula una. (fig. 335.)

Ager si caput bubulum fuerit, id est duo trigona isopleura iuncta, habentia per latus unum perticas L, unius trigoni latus in alterius trigoni latus duco, id est L per L: fiunt IID, quod sunt iugera VIII, tabulae IIS, perticae XVI. (fig. 336.)

2. Kastrensis iugerus *P*, Kastrenses iugerus *G*, Castrensis iugerus *R*. ‖ perticas *R*, p *G*. ‖ 3. dcccc *R*. ‖ 4. perticas *alterum om R*. ‖ 5. habet ... LXXII *om R*. ‖ 7. quot *R*. ‖ 10. Itaque ... modios III *om R*, *sed habet uersu* 15. ‖ Kastrensis iugerus *G*. ‖ 15. IIII *om GP*. ‖ 17. unum *om R*. ‖ 19. ∞ *P*, I *R*, *om G*. ‖ unam tabulam *R*. ‖ 20. trigonia *G*. ‖ 22. 23. id est per l. l. *R*. ‖ 23. tabula *GP*. ‖ perticas *GP*. ‖ 24. XVI *om GP*.

Ager si fuerit inaequalis ita ut habeat in latere uno *GR*
perticas XL et in alio XXX et in alio XX et in alio VI,
coniungo XL et XXX: fiunt LXX. diuido in aequa: fit una
pars XXXV. rursus iungo VI cum XX: fiunt XXVI. diuido
aequaliter: fiunt XIII. duco latus quod diuisi prius, id
est XXXV, per XIII: fiunt perticae CCCCLV, quae faciunt iu-
gerum unum, tabulas II, perticas XXIII. | (fig. 337.) *G* 159

Ager si fuerit lunatus, habens a foris perticas LX et
in sinu suo perticas XX, aequas maiorem partem cum mi-
nore, et facis partem unam XL. et si in uno capite habue-
rit perticas X, et in alio in punctum desierit, diuidis X:
fiunt V. hoc ducis per XL: fiunt CC, id est tabulae duae
et perticae LVI. (fig. 338.)

Ager si fuerit semicirculus, cuius basis habeat per-
ticas XL, curuaturae latitudo habeat perticas XX, oporte-
bit multiplicare latitudinem cum base, id est uicies qua-
drageni: fiunt perticae DCCC. hoc undecies: fiunt $\overline{\text{VIIIDCCC}}$.
huius sumo partem quartam decimam, id est DCXXVIII S.
tot esse dicimus quadratas perticas, quae faciunt iugera duo
et tabulam dimidiam, perticas XVI. (fig. 339.)

Ager si fuerit rotundus circuli speciem habens, sic
podismum colligo. esto area rotunda, cuius diametrus ha-
beat perticas XL. has in se multiplico, quae fiunt perti-
cae ∞DC. hanc summam undecies multiplico: | fiunt per- *G* 160
ticae $\overline{\text{XVIIDC}}$. ex qua summa quartam decimam deduco,
id est perticas ∞CCLVII, ped. I $\div$ [V], quae summa efficit
iugera IIII, tabulam I, perticas XXXIII. (fig. 340.)

2. et *ter om P.* ‖ 3. diuidis in aequo *GP.* ‖ 5. quem diuidi *GP.* ‖
6. qui faciunt *GP.* ‖ 7. tabula *GP.* ‖ 12. duces *R.* ‖ 15. XX. *R.* ‖
18. summae *GP.* ‖ 20. tabula dimidia perticas VI *GP.* ‖ 21.
si rotundus erit *GP.* ‖ 25. duco *GP.* ‖ 26. *post quincuncis notam numerum unciarum, quem habent libri, uncis inclusi hic et ubique.* ‖ summa *om R.* ‖ 27. tabula *GP.*

GR Ager si minor fuerit quam semicirculus, arcum sic metimur. esto arcus cuius basis habeat perticas XX, latitudo perticas V. latitudinis cum base iungo numerum: fiunt perticae XXV. hoc duco quater: fiunt C. horum pars dimidia, L. item perticae XX, quae sunt in basi: pars dimidia, sunt X. qui in se multiplicati fiunt C. horum quartam decimam duco, qui remanent perticae VII, pes I ÷ [V]. quibus adicio perticas L, quas superius dixi. iunctis itaque numeris utriusque summae faciunt perticas LVII. hoc in arcu esse dicimus. (fig. 341.)

Ager si fuerit sex angulorum, in quadratos pedes sic redigitur. esto exagonum in quo sint per latus unum perticae XXX. latus unum in se multiplico, id est tricies triceni: fiunt perticae DCCCC. huius summae tertiam partem statuo, id est CCC. nihilo minus ex eadem pleniori summa decimam partem tollo, id est XC. quae pariter
R 35 iunctae faciunt CCCXC. quae sexies | ducendae sunt, quia
G 161 sex | latera habet: quae summa colligit perticas IIICCCXL. tot igitur quadratas perticas in hoc agro esse dicimus.
(*G*) (fig. 342.)

Si fuerit archa longa pedes XXX, lata ped. XV, alta ped. VII, duco longitudinem per altitudinem: fiunt ped. CCX. hoc duco per altitudinem: fiunt pedes IIICL. sic quaer.
(*R*) pedaturam.

1. fuerit *om R.* || sic *om R.* || 2. esto arcus est cuius *GP.* || 8. iunctus itaque numerus *GP.* || 9. facit perticas. l.VI. *R.* || 12. dirigitur *R* || 13. in se *om R.* || 14. fiunt *GP*, sunt *R.* || 16. tollo partem *R.* || qui *GP.* || 18. colligitur *GP.*

LITTERAE SINGVLARES.

G 175

prima linea prima mensura prima norma quae nota
A L A M I N

primum decumanum ĸ ᴍ primum ĸ decumanum primum
I D K M I K D I

ĸ ostendit hoc est rectum maximum decumanum finalis petra
K O M X Y P

G 176

fixa prima hortogonium ostendit sequeris quintarium
F I H O S V

sequeris primum zonto id est angulo quintario quaeris primum
S I Z E Q P

rigorem termini hortogonium norma gamma finalis
R T H N G Y

primum secundum et tertium ostendit gamma hortogonum
A B C O G H

rigorem quintarium limitem maximum rigorem maximum
R V L M R M

quaeris primum quintarium secundum terminum quintarium
Q P V S T V

gamma hortogonii hortogonii prima ĸ ᴍ
G H H I K M

secundario primo finalis petra
S I Y P

rigori secundario prima norma gamma posita
R S I N G P

hortogonium ostendit decumanum ostendit quintario primo
H O D O V I

terminus regundorum queris maiorem ne decem
T R Q M N X

zonto qui angulum primum norma secunda decem pedes
Z A N S X P

1. *om GP.* ‖ 4. $\bar{\text{K}}$. $\bar{\text{M}}$ *P*, $\bar{\text{K}}$. mensura *G.* ‖ 10. zonto (o *in litura*) *G*, zanto *P.* ‖ 18. secundarum *P.* ‖ 20. 21. hortogonii *et* II *semel tantum P.* ‖ 21. 22. 23. ĸ ᴍ, finalis petra, Y P *om P.* ‖ 25. G P *G*, $\overset{k}{\text{K}}$ $\overset{m}{\text{M}}$ *P.* ‖ 26. 27. quintario primo, V I, *G*: finalis petra, Y P, *P.* ‖ 28. ne decem *om P.* ‖ 30. zanto *P* ‖ 30. 31. decem pedes, X P, *G* gamma posita, G P, *P*

G max kar terminum rigoris
M K T R

decumanum ostendit a fi
X O A F

hortogonium primum pedes minus
H I P M

quinque decem
V X

INCIPIT.

RATIO LIMITVM REGVNDORVM

haec est. auctor Theodosius et Neuterius de terminis et lineis exposuerunt. CCCIIII iugi agri mensoris qui mappa quas lineas habuerit obseruetur.

INCIPIT EXPOSITIO PODISMI.

A limes huius litterae habet in longo ped. CCL
B limes huius litterae habet in longo ped. CCCL
G 177 C limes huius litterae habet in longo ped. DCL
D limes huius litterae habet in longo ped. DL
E limes huius litterae habet in longo ped. DC
F limes huius litterae habet in longo ped. DCC
G limes huius litterae habet in longo ped. DCCC
H limes huius litterae habet in longo ped. ↀL
I limes huius litterae habet in longo ped. ↀ
K limes huius litterae habet in longo ped. ↀCL
L limes huius litterae habet in longo ped. ↀↀ
M limes huius litterae habet in longo ped. DCCC
N limes huius litterae habet in longo ped. ↀC
O limes huius litterae habet in longo ped. ↀC
P limes huius litterae habet in longo ped. ↀCC et appendices II

1. karꝭ *G*, kardˢ *P*. ‖ 1. 2. 3. 4. 5. 6. *in fine add* quintario primo, V I. ne decem N X, decem pedes, X P, *P*. ‖ 22. ↀL *P*, CCL *G*. *item in eis quae sequuntur* CC *G ubi* ↀ *P*.

Q limes huius litterae habet in longo ped. ∞CCC *G*
R limes huius litterae habet in longo ped. ∞DC
S limes huius litterae habet in longo ped. ∞D
T limes huius litterae habet in longo ped. ∞D
V limes huius litterae habet in longo ped. ∞DC
X limes huius litterae habet in longo ped. ∞CC
Y limes huius litterae habet in longo ped. ∞CCC
Z limes huius litterae habet in longo ped. ∞CCC.

Ager, quamuis fundus longiores fines habeat amplius, non longiorem finem habet quam ped. ∞DXXVII.

DE MENSVRATIONE IVGERI.

Iugerum unum pedes CCXL et in latitudine pedes C faciunt terra modiorum III.

INCIPIT EXPOSITIO LIMITVM VEL TERMINORVM. *G* 178

Omnes limites maritimi aut Gallici una factura current.

Quoniam sanctior est, id est iustior uidetur, maritimus limes frequentius solet recte studiri, quod interpretatur non extorcet, sed est constitutus ita. (fig. 343.)

Est Gallicus in sua consuetudine, secundum quem ordinauimus, quem exposuimus frequentius corrumpet, extorcet, et saltum dat, qui est constitutus ita.

Contra urbis Babylonis Roma maritimi limites fient, et Gallicus inpinget.

Quia de limitibus curauimus exponere, sub terminis qualia signa inueniuntur? aut calcem, aut gypsum, aut carbones, aut uitria fracta, aut cineres, aut testam tusam, aut decanummos uel pentanummos. haec signa si inueniuntur, una certatio est ad iustitiam antiquitus quando terminos constituimus, quoniam res uoluntaria est. siquis

10. pedes *P*. ‖ 22. *conf. p.* 308, 18. ‖ 25. gipsum *P*.

G nouit geometricae artis philosophiam, nouit haec signa terminorum diligenter exponere.

Terminus si decum [x] habuerit, quatrifinium exponet: si succumbum fuerit, limitem ostendit aut uallem desiderat.

G 179 Terminus si incisuram habuerit, riuum aut fossatum significat aut fluuium ostendit.

Terminus si fossulam habuerit, lauacrum aut piscinam significat aut terminum rotundum ostendit. si aliquid fictum habuerit super se, acrum aut plumbum aut stagnum epicteticum, hoc est massatium fabritum, quod est inter censam centuriae.

Terminus si transpertusus fuerit, flumen transit aut in aqua uiua mittit.

Terminus si punctum habuerit, puteum aut fontem ostendit.

Terminus si aliquam cissuram, hoc est taliaturam, habuerit, montem cissum, id est taliatum, ostendit. limes illa finem transit.

Terminus si tres petras circa sese habuerit, trifinium demonstrat. talem terminum nomine bifurtium samartia uocatur, et habet arcam in trifinio. si botontini terrae, ex superis prohibeo te sacramentum dare. si cihiamellus, hoc est siliqua siluatica fuerint tres, trifinium demonstrat. si oliuastellum inueneris unum, terminum demonstrat, aquam uiuam et conuallia loca significat. si tres murtae fuerint, trifinium demonstrat. si tres cotonei fuerint, trifinium demonstrant.

Terminus si scriptus fuerit et punctos habuerit litteris Grecis, sequeris cursum eius asion, hoc est ab oriente per litteras Grecas de mappa, hoc est pentagonum, quod interpretatur cubitos quinque.

11. massaticium *P*. | 28. demonstrat *P*.

INCIPIT EXPOSITIO TERMINORVM PER DIVERSAS PROVINTIAS POSITORVM. G

Terminum singulum in quatrifinio inuenies. quattuor lapides in quadrifinio positae sunt, et termini factura tornatilis, hoc est rotundi, subtilissimi: in quatrifinio inuenies.

Puteum si in fine inuenis, pro termino habebis. G 150

Cisternam factam in fine positam, et circa hanc memoratum terminum inuenies, et pro termino habebis.

Terminum de lapide decisa uiua inuenies, et pro termino habebis.

Macherias lapidum in finem pro termino inuenies.

Sepulchra finalia aut monumenta sine dubio inuenies.

Melum cotonium in fine pro termino inuenies.

Cypressum in fine pro termino inuenies.

Oliuastellum in fine pro termino inuenies.

Fossatum decisum paruum in fine pro termino posuimus. fossato alio finales maiores sine dubitatione inuenies.

Limitem torrem, hoc est torum, sine dubio inuenies.

Parietes de calce fabricatas finales direximus.

Ripas decisas finales direximus.

Botontones finales inuenies.

Arbores ante missas finales inuenies, peregrinas, exteras.

Pontem marmoreum in fine inuenies.

Pontem de lapide uiuo in fine inuenies.

Pontem ex calce factum in fine inuenies.

Orcas in fine inuenies.

Sarcofaga in fine inuenies.

Imbrices in fine inuenies.

Collectaculum de carbonibus in calce miscitatos et glerias fluminales ne dispicias: signales constituimus.

Palos picitos pro terminis inuenies.

G Laterculos quadrangulos pro terminis inuenies.

Lapides natiuas cum aliquo signo finem pro termino constituimus, et multa consecratione signauimus.

Flumen aliquotiens in fine inuenies.

Riuum finalem inuenies.

Haec signa per diuersas prouintias obseruentur.

G 181 182 (fig. 344.)

G 183 Vnde et territoria diuiduntur, ut requiras casales secundum litteras istas, quomodo sunt positae in monte et in planis locis.

ITEM EXPOSITIO TERMINORVM.

Quales terminos constituimus? alii quidem politos, et ubi dispectas lapides posuimus, subtus terram decisimus, ut firmarentur lapides: quae dispectas in rigora et in latere limitis constituimus lapides, quae positae sunt in terminis. amplius mensura eius non potest inueniri, quam tertio pede de manu, et de his pedibus semisse minus unum. scutanei sunt, hoc est dolatiles. alii qui sunt lapilli facti tornatiles, siue alia factura breuiores, hoc est minores, et in fine positi: si haec non admittuntur, subter terram decisas inuenies, quas decisas in omnibus finales sunt. aut quidem in altum per iugum de monte. haec signa constituimus dirigi lineam, quod est ualle incisam. quia sub axae caeli determinata est terra. euangelium aad Matheum, sanctus Petrus, sanctus Paulus, sanctus Laurentius, sanctus Iohannes euangelista, Christus filius dei, per quem et pax terminationis in terra processit, et praecepit limitibus continere, et stanti, et fontibus egredi, et egresse sunt per singula loca.

Quas litteras singulas in terminis inuenies, quae capitaneas non sunt fundorum, sed rationis terminum ostendit.

29. aegraesse *G*. ‖ 30. quas capitaneas *P*.

A si in termino inueneris, finem in proximum signi- *G*
ficat, aut aquam uiuam designat.

B si in termino inueneris, bifurtium ostendit, aut ri-
uum significat.

C si in termino inueneris, a centuria numquam re- 5
cedas.

D si in termino inueneris, decimanno ostendit.

E si in termino | inueneris, uallem ante se significat, *G* 19.
aut riuum, aut fluuium, et super se subrectiores loca per
planitia limes excurrit. 10

F si in termino inueneris, finalis causa exponit, et in
longinquo terminum ostendit.

G si in termino inueneris, sui nominis auctorem li-
mitem tortuosum ostendit.

H si in termino inueneris, grandes longitias limitum 15
ostendit, et rariora signa in fine inuenies.

I si in termino inueneris, uiam significat, aut collis
riguram ostendit, hoc est iugum.

K si in termino inueneris, kardinem ostendit, quod
terminum subtilissimum et speciosum inuenies, hoc est 20
formonsum.

L si in termino inueneris, suae normae facturam de-
signat, limitem gammatum et in longinquo arcam finalem
ostendit, et conuallia eius fundum finem uindicat.

M si in termino inueneris, fines quadras designat, et 25
in proximo signa finalia inuenies.

N si in termino inueneris, proximam aquam significat,
et quadras fines habentes aquae. a septemtrione arcam
marmoream inuenies.

O si in termino inueneris, a septemtrionali parte sil- 30
uam demonstrat, et per ipsam siluam riuus currit, et trans
riuum signa demonstrat.

24. eius *G*, ei *P*

G P si in termino inueneris, pedaturam significat, extra aliis signis finalibus, uel quod litteras finales continet. has per singulos titulos inuenies, aliosque finales titulos sine nostris signis in agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum et causam dirigunt finalem.

Q si in termino inueneris, a limite riuum.

R si in termino inueneris, per collicellum terminos inuenies.

S si in termino inuenies, supra possessionem multas aquas uiuas indicat, quae alueum transeunt.

T si in termino inueneris, trifinium ostendit.

V si in termino inueneris, terminum in collem meri-
G 155 dianum ostendit per limitem | orientalem.

X si in termino inueneris, quatrifinium exponit, et pro decumano finem habebis.

Y si in termino inueneris, sub se fontanam proximam habet.

Z si in termino inueneris, a sinistra parte fontem significat.

Haec omnia supra scripta expositione terminorum constant, ut intellegas quae signa aut quales causae finem faciunt.

INCIPIT EXPOSITIO DE MARGINIBVS TERRAE ET OPERIBVS CAESIS.

Quamquam igitur de terminis expositione aliquotiens extra limites termini positi inueniuntur, antiquae tamen mensurae conuenit ut terminos foris limites ponerentur. sine dubio constat finis, et quia arcas aliquotiens circa sepulchrum sine dubio ponuntur, et super ipsam arcam memoriae constitutae, et quod sanctius uidentur. antiquitus nobis sic conuenit mensura, ut in ipsa memoria consecraretur arca finalis. et ita ad mensuras nostras per-

25. expositionem *P*, expositionem *G*

scribamus, ut sine dubio, ubi haec signa inueniuntur, fina- G
les adnectimus in legibus exponantur, sicut superius lec-
tio continet.

INCIPIT EXPOSITIO DE VALLIBVS.

Valles autem si fluuiis permittunt, et constitutum
sit fluuium, qui foris agrum non uagatur et alueum alte-
rum per agrum non mutet, et flumen fuerit saxuosum, qui
aluea alta quasi rectos alueos excurrit, finalis causa per
ipsum direximus. haec quia singuli semper agri non fi-
niti nisi per terminos, nisi per diuersas macherias, signa
finita sunt, per terminorum rationem, per aquas uiuas
ubi terminus non possit, fossas finales et aquae ductos
| in fine direximus, quoniam agri qui rectas lineas, hoc G186
est ualles finales habet, per riuum, quod frequentiore
solet in questionem deduci. sed qui riuum collectaculum
uallium subter eum limitem suscepit, sine dubio finalis
ipse riuus obseruetur. et aliquotiens super labium de ipso
riuo terminum finalem constituimus, qui mittit rectum
rigorem limitem: sine dubio per legem obseruetur.

INCIPIT DE PALVDIBVS.

Non perdescribantur signa finalia.

Stagnum uero finalem aliquotiens direximus, et lacu-
nar, quae interpretatur aqua uiua, unde ipse stagnus exiet.
ex tertia hora ipsum stagnum finalem constituimus, et
quam plurime contra tertiam horam. superius alueum
signa quae inueniuntur, per sepulchra finali causa diri-
guntur. plurisque super ripam paludis sacra paganorum
inueniuntur. qui finales sint requirantur, quia, ut supra
dixi, requirendum oportet qualia signa finalia admittantur.
et terminos altiores posuimus: sine dubio obseruentur.

Haec ratio notis iuris est exponenda ex lege secun-
dum grammaticae et philosophiae geometricae artis. sin-
gulos fundos ex notis iuris obligauimus: sed ita exponan-

G tur leges secundum artis geometricae, ad pertinentes lectiones secundum locis rumorem, quod interpretatur, secundum loci obseruationem, seu fossis subseciuis seu rigores seu centuriis seu terminis. ita exponantur, quia, sicut in preteritis diximus, duae fossae finem non faciunt. preterea si circa publica diriguntur.

G 197 Casale eius si in monte posita finis, quam maxime in oriente: a sole occumbente uia, et in uia terminum G 198 199 scriptum habet. (fig. 345.)

G 201 ITEM INTERPRETATIO VBI SVPRA.

DE FINIBVS AGRORVM.

Fines dictae eo quod agri funiculis sunt diuisi. mensurarum lineae in terrarum partitione tenduntur, demen- R 35 sionibus aequitas teneatur. | Limites appellati antiquo uerbo transuersi. nam transuersa omnia antiqui lima dicebant: a quo et limina hostiorum, per quas foris et intus itur; et limites, quod per eos in agro foris et intus eatur. hinc et limus uocabulum accepit, cingulum quo serui publice cingebantur obliqua purpura. Termini dicti quod terrae mensuras distingunt atque declarant. his enim testimonia finium intelleguntur et agrorum intentio et certa- (G) men aufertur. | Limites in agris maxime II sunt, cardo et decumanus. cardo, qui a septentrione directus a cardine caeli est: nam sine dubio caelum uertitur in septentrio-

4. exponantur *P*, exponuntur *G*. || 10. *est Isidori originum libri XV caput* 14. || 15. limam *G*. || 16. ostiorum *P*. || per quae domus introitur et limina quod *R*. || 17. limites *P*, limes *G*. || foras exeatur *R*. || 18. limes *G*. || cingulum ... purpura *om G*. || 19. Termini ... 22. aufertur *om R*. || 20. *quaerendum unde sumpserit Isidorus. nam debet esse* contentio.

nali orbe. decumanus est qui ab oriente in occidentem *R*
per transuersum dirigitur: qui pro eo quod formas x fa-
ciat, decumanus est appellatus. ager enim bis diuisus fi-
guram denarii numeri efficiet. Arcam ab arcendo uocа-
tam: fines enim agri custodit eosque adire prohibet. Trifi-
nium dictum eo quod trium possessionum fines attingit. hinc
et quadrifinium, quod quattuor. (*R*)

DE MENSVRIS AGRORVM. *G*

Mensura est quidquid pondere capacitate longitu- *R* 37
dine altitudine latitudine animoque finitur. Maiores itaque
orbem in partibus, partes | in prouinciis, prouincias in re- *R* 38
gionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in
agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in
clymmatibus, deinde clymmata in actos perticas passus
gradus cubitos pedes palmos uncias et digitos diuiserunt:
tanta enim fuit eorum sollertia. Digitus est minima pars
agrestium mensurarum. inde uncia | habet digitos tres. *G* 202
palmus autem quattuor digitos habet, pes XVI, passus pe-
des V, pertica passus duos, id est pedes decim. Pertica
autem a portando dicta, quasi portica. omnes autem prae-
cedentes mensurae in corpore sunt, ut palmus pes pas-
sus et reliqua: sola pertica portatur. est enim X pedum,
ad instar calami in Ezechihele templum mensurantis. Ac-
tus minimus est latitudine pedum quattuor, longitudine
CXL. Clymmata quoque undique uersus pedes habent LX,

$$\begin{matrix} \text{LX} \\ \text{LX} \square \text{LX} \\ \text{LX} \end{matrix}$$

Actus quadratus undique finitur pedibus CXX, ita.

8. *est Isidori originum libri XV caput* 15. || 11. in partes *R*, *et similiter in proximis.* || 13. centuria in *C*. || 14. climata *R*. || 14. in actus. actus in perticas *et sic reliqua*, *tum* 15. palmos in digitos. digitos in uncias diuiserunt, *R*. || 16. solertia *G*. || pars minima *R*. || 17. habens *R*. || 18. Pes XVI digitos habet *R*. || 20. a portendo *R*. || Omnes enim *R*. || 23. ezechihele *P*, ezechiele *GR*. || 24. est *om R*. || quattuor] LX *R*. || 25. CXL] *sic GP. debet esse* CXX, *itaque R*. || Clima *R*. || uersum habet pedes *R*.

GR CXX CXX CXX CXX. hunc Betici arapennem dicunt, ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit. ab eo quod est iunctum, iugerum nomen accepit. iugerum autem constat longitudine pedum duocentorum XL, latitudine CXX; ita. CCXL CXX iugerum CXX CCXL. Actum prouinciae Beticae rustici agnam uocant. porcam idem Betici XXX pedum latitudine et LXXX longitudine definiunt, ita. LXXX XV XV LXXX. sed porca est quod in arando LXXX extat; quod defossum est, lyra. Galli candetum appellant in areis urbanis spatium centum pedum, quasi centetum; in agrestibus autem pedum CL quadratorum iustum candetum uocant. Porro stadialis ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV. cuius mensura octies computata miliarium facit, qui constat quinque milium pedibus. Centuria autem ager est ducentorum iugerum, qui apud antiquos a centum iugeribus uocabatur, sed postea duplicata nomen pristinum retinuit. in numero enim centuriae multiplicatae sunt, sed nomen mutare non (*R*) potuerunt.

DE AGRIS.

Ager Latine appellari dicitur eo quod in eo agatur aliquid. alii agrum ex Greco nominare manifestius

1. aripennem *R.* || 3. iugeri nomen accepit. Aripennis uero quod est semiiugerum habet in longitudine ped. CXX. in latitudine ped. lx. Duo aripennes iugerum faciunt, qui est et centuria habentem passus per circuitum C. iugerum autem *R.* || 4. CCXl *R.* || 5. boeticae *GP.* || agrum *GP.* || 6. boetici *GP.* || 6. 7. *sic omnia GP: diagramma cum numeris om R.* || 8. LXXX] *sic GP, om R.* || lira *R.* || 10. quasi centeatum *G.* || pedes CL *G.* || 13. octies *G*, LXXX ties *R.* || quod *R.* || milia *R.* || 16. sed duplicata est nomenque *R.* || 19. *est Isidori originum libri XV caput* 13.

credunt, unde et uilla Grece choragros dicitur. uilla a *G*
uallo, id est aggere terrae, nuncupata, quod pro limite
constitui solet. Possessiones sunt agri late patentes pu-
blici priuatique, quos initio non mancipatione sed quis-
que ut potuit | occupauit atque possedit; unde et nun- *G*203
cupati. Fundus dictus quod in eo fundatur uel stabilia- 6
tur patrimonium. fundus autem et urbanum aedificium et
rusticum intellegendum est. Praedium, quod ex omnibus
patris familias maxime prouidetur, id est apparet, quasi
praeuidium; uel quod antiqui agros quos bello caeper- 10
rant ut praedae nomine habebant. Rura ueteres incultos
agros dicebant, id est siluas et pascua. Ager dictus qui
a diuisoribus agrorum relictus est ad pascendum commu-
niter uicinis. | Alluuius ager est quem paulatim fluuius in *R*
agrum reddit. Arcifinius ager dictus est quia certis linea- 15
rum mensuris non continetur, sed arcentur fines eius ob-
iectu fluminum montium arborum. unde in his agris nihil
subseciuorum interuenit. | Noualis ager est primum pros- (*R*)
cisus, siue qui alternis annis uacat nouandarum sibi ui-
rium causa. noualia enim semel cum fructu erunt, et se- 20
mel uacua. Squalidus ager quasi excolidus, quod iam a
cultura exierit; sicut exconsul quod a consulatu discesse-
rit. Vliginosus ager est semper umidus. nam umidus di-
citur qui aliquando siccatur. uligo enim umor terrae est na-
turalis ab ea numquam recedens. | Subseciua sunt propriae 25
quae sunt ut sutor de materia praecidens quasi superua-
cua abicit. inde et subseciui agri quos in pertica diuisos
recusant quasi steriles aut palustres. item subseciua quae
in diuisura agri non efficiunt centuria, id est iugera du-

6. fundatur] *sic GP.* || 14. Illuuius ager dictus est *R.* || 15. Arcifinus *G.* || qui a *R.* || 16. tenetur *R.* || arcetur finis *R.* || 17. obiecto *G.* || 18. subcisiuorum *R.* || 25. Subcisiua *R.* || 26. sunt ut sutor *R*, quae-stor *G.* || percidens *R.* || 27. subcisiua *R.* || diuersos *R.* || 28. subcisiua *R.* || qui *G.* || 29. centuria.... ducenta *om R.*

(*G*) *R* centa. | Area dicitur tabularum aequalitas. dicta autem area a planitie et aequalitate, unde et ara. alii aream uocatam dicunt quod pro triturantibus frugibus eradatur, uel quod non triturentur in ea nisi arida.

Mensuras uiarum nos miliaria dicimus, Greci stadia, Galli lewas, Egyptii signes, Persae parasangas. Miliarium mille passibus terminatur. et dictum miliarium quasi mille aditum, habens ped. v milia. Lewa finitur passibus mille D. Stadium octaua pars miliarii est, constans passibus CXXV. Via est qua potest ire uehiculum, et uia dicta est a uehiculorum incursu: nam duos actus capit propter *R* 39 euntium | et uenientium uehiculorum incursum. Strata quasi uulgi pedibus trita. ipsa est et dilapidata, id est lapidibus strata. Ager est media stratae eminentia coaggeratis lapidibus, quod historici uiam militarem uocant. ut Qualis saepe uiae deprehensus in aggere serpens. Iter uel itiner est uia qua iri ab homine quaqua uersum potest. iter uel itiner diuersam significationem habet. iter enim est locus transitu facilis, unde et appellamus et itum. itiner enim est iter longae uiae, et ipse labor ambulandi, ut quo uelis peruenias. Tramites sunt transuersa in agris itinera, siue recta uia, dicta quod transmittat. Diuortia sunt flexus uiarum, hoc est uia in diuersa tendens. item diuerticula sunt, hoc est diuersae ac diuisae uiae, siue semitae transuersae, quae sunt alterae uiae. Orbita uestigium carri, ab orbe rotae dicta. porro actus, quo pecus agi solet. cliuosum iter, flexuosum. Ambitus inter uicinorum aedificiorum locus duorum pedum et semipedis, ad circum eundi facultatem rectus et ab obam-
(*R*) bulando dictus.

5. *hic* **R** *inserit ea quae supra p.* 366,14-367,7 *dedimus. quae secuntur, petita sunt ex Isidori originum libri* XV *capite* 16. ‖ 30. *his* **R** *subicit haec.* Sex habet sextantem unum trientem. II. semissem. III. bisse quem dimetron dicunt. quintarium quem pente-

IN DEI NOMINE

G 217

PAVCA DE MENSVRIS

SECVNDVM GEOMETRICAE DISCIPLINAE RATIONEM EX VOLVMINIBVS ERVDITORVM VIRORVM EXCERPTA INCIPIVNT.

Mensura est iuxta Isidorum quicquid pondere capacitate longitudine latitudine altitudine animoquae finitur. Maiores itaque orbem in partibus, partes in prouintiis, prouincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in climatibus, climata in actibus, actus in perticis, perticas in passus, passus in gradibus, gradus in cubitis, cubitos in pedibus, pedes in palmis, palmos in unciis, uncias in digitis diuiserunt. Digitus est pars minima agrestium mensurarum. inde uncia, habens digitos tres. palmus autem quattuor digitos habet, pes uero sedecim. passus v ped. habet, pertica passus duos, id est pedes x. Perticas autem iuxta loca uel crassitudinem terrarum, prout prouintialibus placuit, uidemus esse dispositas, quasdam decimpedas, quibusdam duos additos pedes, aliquas uero xv uel x et vii pedum diffinitas, ita dum taxat ut crassioribus terris minores mensuras, sterilioribus maiores tribuissent, prout modiorum numerus incremento frugum uni cuique loco sufficeret. Quidam autem, quinque grana hordei transuersa tam indici quam inpudico siue medio conuenire iudicantes, hos tres digitos simul iunctos unciam dixerunt, palmum autem minimo addito diffinierunt. quidam ergo septem grana hordei in

meron dicuntur. v. perfectum. vi. Cubitus constat vi. palmis. digitis. obus iiii. Quarta pars denarii. qui erat exdenis ereis efficiebatur ex. ii. assibus. et tercio semisse. sestercium nocauerunt. EXPLICIT. || 25. ʰordei *G*. || 26. medico *G*. || 27. autem *ter*mi^{ni}no *G*. || 28. ʰordei *G*.

G transuerso posita pollicem iudicauerunt, ex quibus XV pedem reddunt, pedes duo et semis gressum siue gradum, *G*218 duo gressus | passum, duo uero passus decimpedam perticam faciunt. alii antem uoluerunt ut pertica XLVIII palmorum esset, quae pertica ad manus XII pedes habet; quod per extensionem brachiorum uerius esse demonstratur. idcirco putamus ministeriales imperatorum maiores in accipiendo, minores in dando, mensuras habuisse. Actus minimus habet in latitudine ped. IIII, ex quibus pertica esse non potest, in longitudine ped. CXX, qui faciunt perticas decimpedas XII. actus maior, qui quadratus dicitur, habet undique ped. CXX, qui duplicatus iugerum facit. Iugerum constat in longitudine pedum CCXL, quod sunt perticae decempedae XXIIII, in latitudine pedum CXX, quod sunt perticae XII. Clima dicitur pars agri quadrata, quae habet ex omni parte ped. LX, id est perticas decimpedas undique sex. Arapennis uero, quem semiiugerum dicunt, idem est quod et actus maior, habens undique uersum pedes CXX, perticas uero XII. Porcanis est pars agri habens in latitudine ped. XXX, id est perticas III, in longitudine LXXX, id est perticas decimpedas VIII. Porro stadialis ager habet passus CXXV, id est ped. DCXXV. cuius mensura occies computata miliarium facit, qui constat quinque milibus pedum. Centuria autem est ager ducentorum iugerum, qui apud antiquos a centum iugeribus uocabatur, sed postea duplicata est, nomenque pristinum retinuit. in numero enim centuriae multiplicatae sunt, nomen tamen mutare non potuerunt.

Illud enim sciendum est, quod pes dupliciter secundum morem antiquorum pronuntiatur; uno modo eo quod sit naturaliter pes, alio modo quod usurpatiuae per manus metiatur. tantum enim praecellit pes manualis pedem

11. decim.pedas *G*. || 14. dec*i*mpedae (e *ex* i *facto*) *G*.

naturalem, quantum pollex in longitudine protendi po- *G*
test. similiter et cubitus. | nam unus cubitus est qui na- *G* 219
turaliter a cubito ad digitorum summitatem usque pertendit; qualis erat cubitus quo arca testamenti, quam Moyses iussu dei fecerat, fuerat mensurata. alius cubitus est, qui et maior dicitur, quo arca Noe demetita esse dinoscitur, qui brachio extenso toto cubito capiti prelato se esse demonstrat. sic etiam et passus apud antiquos dupliciter haberi uidentur. etenim passus dicitur quod duobus gressibus gradiendo conficitur: passus etiam dicitur quantum ambobus brachiis extensis inter longissimos digitos est. status autem est unius cuiusque altitudo.

Illud etenim sciendum est, quia sunt mensurae quae ad uiatores seu ad cursores pertinent. minima pars stadium est, habens passus CXXV. octo stadia miliarium reddunt, mille passus habentem. miliarius et dimidius apud Gallos leuuam facit, habentem passus mille quingentos. duae leuuae siue miliarii tres apud Germanos unam rastam efficiunt.

DE PONDERIBVS.

Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex *R* 28
granis ciceris duobus, et apud quosdam siliqua pensante, quae tribus granis hordei declaratur in pondere. duo calculi ceratim faciunt. quattuor calculi siue duo ceratim obolum reddunt. duo oboli scripulum complent. tres scripuli dragmam faciunt. dragma quae constat siliquis X et VIII, et scripulus qui est ex siliquis sex, et obolus qui est ex tribus, quadrantem efficiunt continentem in se siliquas XXVII. duo quadrantes staterem faciunt. duo stateres unciam reddunt. Iuxta Gallos uigesima pars unciae

20. *conf. Isidorus orig.* 16, 25. || 21. Ponderis *R.* || 23. ordei *R.* || 24. ceratum *R.* || cerati obulum *R.* || 25. obuli *R.* || 26. quae *G*, quoque *R.* || XVIII. *R.* || 27. obulus *R.* || 29. XXIIII. *R.*

GR denarius est, et duodecim denarii solidum reddunt. ideo-
G220 que iuxta numerum denariorum tres unciae quinque | so-
lidos complent. sic et quinque solidi in tres uncias re-
deunt. nam duodecim unciae libram xx solidos continen-
tem efficiunt. sed ueteres solidum qui nunc aureus dici-
tur nuncupabant. Libra dicitur quicquid per duodenarii
numeri perfectionem adimpletur. nam libra dici potest
annus, qui constat ex IIII temporibus et XII mensibus, et
ex L duabus ebdomadibus et die uel quadrante. libra
esse potest aequinoctialis dies sine sua nocte, qui cons-
tat XII horis. hora constat ex V punctis, X minutis, XV
partibus, XL momentis, LX ostentis. hora autem diei se-
cundum solis cursum V punctos habet, iuxta lunam IIII.
nam libra in ponderibus, in mensuris arborum uel spa-
tio terrarum uel statu hominis, per diuersas mensuras in
duodenario numero conprehendi potest. Mna centum drag-
mis appenditur. iuxta rationem autem ponderum nihil cal-
culo minus aut talento maius est. etenim L librae talen-
tum minimum est, LXX duae librae medium talentum, CXX
librae maximum talentum est. Centenarius autem dicitur
eo quod centum libris constet.

DE MENSVRIS IN LIQVIDIS.

Mensurarum in liquidis coclear est pars minima, qui habet
dimidiam dragmam, id est scripulum et obolum. cocleares duo
chemam faciunt. cocleares III conculam faciunt, conculae duae
cignum siue mistron. conculae sex et duo coclearia, quae decem
dragmas appendent, ciatum faciunt, additis duabus dragmis
acitabulum complent, additis adhuc tribus dragmis, quod sunt

1. dinarius (e *ex* i *facto*) *G.* ‖ 5. nunc *om R.* ‖ 6. nuncupant *R.* ‖ per *om R.* ‖ 7. perfectione *R* ‖ potest dici *R.* ‖ 9. ex *om R.* ‖ et diebus CCCLXV. *R.* ‖ 11. ex.XII. *R.* ‖ 16. Mina *R.* ‖ 22. *om R.* ‖ 23. Mensuris *R.* ‖ 24. obulum *R.* ‖ 28. ascitabulum *R.*

XV, oxifalum. Non dubites, apud quosdam ciati nouem *GR*
eminam facere uidentur, quod sunt dragmae XC; apud quos-
dam uero acetabula quattuor, quod sunt dragmae XLVIII.
emina autem iuxta quosdam appendit libram unam, | apud *G* 221
quosdam uero libram et dimidiam. Similiter sextarios dupli-
ces iudicauerunt. nam alii uoluerunt ut sextarius duarum
esset librarum, alii uero trium: utrique tamen ut duae emi-
nae sextarium facerent diffinierunt. Est autem sextarius sexta
pars congii, qui in diuinis scripturis hin appellatur in liqui-
dis. Cenix autem quinque sextariis adimpletur: cui si sex-
tum addideris, fit congius. Congius quater missus modium
complet. quem admodum autem de sextario, sic et de mo-
dio aliis placuit XVI sextariis modium impleri, aliis XX et
duobus, aliis uero XXIIII. Sed has mensuras ad uotum prin-
cipum uel iudicum esse deprehendimus. nobis autem uisum
est magis conuenire ponderum rationi, eo quod de mini-
mis usque ad maiora ducantur, ut primum finem habeat
modius in mensuris, sicut libra in ponderibus; quia sicut
postquam in ponderibus pensando ad libram peruenitur,
cetera quae maio | ra sunt pondera per librae multiplicatio- *R* 29
nem ponderantur, sic et in mensuris postquam ad modium
uentum erit, quicquid amplius mensurandum est, modii
multiplicatione peragitur. nam quem admodum a calculo
per obolos ac dragmas caeteraque pondera ad libram usque
peruenitur, sic in mensuris a cocleari per conculas cyatos
ac sextarios ad modium usque pertingitur. Est enim mo-
dius, ut predictum est, iuxta quosdam sextariorum XVI, iuxta
quosdam autem XX et duorum, apud quosdam uero XXIIII.
nobis uero uidetur esse rectissimum ut trium librarum

1. oxifalsum *R.* ‖ sciati *R.* ‖ 3. ascitabula *R.* ‖ LXVIII *R.* ‖ 4. autem *om R.* ‖ 6. indicauerunt *R.* ‖ dixerunt quod *R.* ‖ 11. fiet *R.* ‖ 14. XXII. *R.* ‖ 19. pensendo *R.* ‖ 20. multiplicatione *G.* ‖ 22. fuerit *R.* ‖ 24. obulos *R.* ‖ caetera *R.* ‖ 25. sic et in *R.* ‖ ciatos ad sextarios admodum usque *R.* ‖ 28. XXII. *R.* ‖ uero *om R*

GR sextario uicies et quater multiplicato modius impleatur; qui modius medii talenti pondere coaequatur, LXX duabus efficitur libris; siue ut quinque libras habens sextarius similiter uicies et quater ductus maximi talenti id est CXX librarum pondere mensuretur. Modius et semis urnam fa-
G 222 ciunt. Similiter | in aridis mensuram quae dicitur batum. batus uero constat modiis duobus totidemque sextariis. duo bati metretam faciunt, quod sunt sextarii c. Vrnae duae amphoram complent, quod sunt modia tria, quod in aridis dicitur aephi. urnae tres cadum uel artabam faciunt, quod sunt modia IIII et semis. modia quinque medimnam faciunt. tres medimnae gomor complent. duo gomor chorum reddunt; duo chori chulleum, quod sunt modia LX.

1. 4. uigies *R.* ‖ 5. unciam *R.* ‖ 6. satum. Batus *R.* ‖ 8. metrotam *R.* ‖ 10. ephi *R.* ‖ urnae IIII. *R.* ‖ 11. faciunt medimnum *R.*

EVCLIDIS LIBER PRIMVS. *G* 85

Punctum est cuius pars nulla est, linea uero preter *b* 12 *r* 6
latitudinem longitudo, lineae uero fines puncta sunt. recta
linea est quae ex aequo in suis punctis iacet, superficies
uero quod longitudinem ac latitudinem solas habet, super-
ficiei uero fines lineae sunt. plana superficies est quae ex
aequo in suis rectis lineis iacet. planus angulus est dua-
rum linearum in plano inuicem sese tangentium et non
in directo iacentium ad alterutram conclusio. quando autem
quae angulum continent lineae rectae sunt, tunc rectilineus
angulus nominatur. quando autem recta linea super rectam
lineam stans circum se angulos aequos sibi inuicem fece-
rit, rectus est uterque aequalium angulorum, et quae su-
per stat linea super eam quam insistit, perpendicularis uoca-
tur. obtusus angulus est maior recto, acutus autem minor
recto. | figura est quod sub aliquo uel aliquibus terminis *G* 86
continetur, [Locus extra clusus sine fundo.] terminus uero
quod cuiusque est finis. circulus est figura plana quae
sub una linea continetur, quae uocatur circum ducta, ad
quam ab uno puncto eorum quae intra figuram sunt po-
sita omnes quae incidunt rectae aequae sibi inuicem sunt.
hoc uero punctum centrum circuli nominatur. diametrus

2. *his praemittunt br* Principium mensurae punctum uocatur cum medium tenet figurae. ‖ Punctus *r*. ‖ lineae *br*. ‖ 2. uero *om b*. ‖ puncti *G*. ‖ Recti linea *r*. ‖ 5. latitudinem ac longitudinem *br*. ‖ 7. est *om r*. ‖ 9. in *om br*. ‖ 11. autem *om G*. ‖ 12. lineam *om G*. ‖ fecerint *r*. ‖ 13. est *om G*. ‖ 14. superperpendicularis *br*. ‖ 15. autem *G*, angulus *b*, est angulus *r*. ‖ 16. termini continentur *r*. ‖ 17. *circum scripta habet solus r*. ‖ uero est *b*, est *r*. ‖ 18-20. plana quae uocatur circumducta et sub una linea continetur ad quam *br*. ‖ 20. fuguram *G*. ‖ 21. omnia *r*. ‖ rectae lineae aequae *b*, recti lineae quae *r*. ‖ 22. Diametrum *G*.

Gbr circuli est recta quaedam linea per centrum ducta et ab utraque parte a circumferentia circuli terminata, quae in
r 7 duas aequas partes circulum diuidit: | semicirculus uero est figura plana quae sub diametro et ea quam diametrus adprehendit circumferentia continetur. rectilineae figurae sunt quae sub rectis lineis continentur. trilatera quidem figura est
b 13 quae sub tribus rectis lineis continetur, | quadrilatera uero quae sub quattuor, [finitima autem linea mensuralis est quae aut aliqua obseruatione aut aliquo terminorum seruatur.] multilatera uero quae sub pluribus quam quattuor lateribus continetur. aequilaterum igitur triangulum est quod tribus aequis lateribus cluditur, isoscelis uero quod duo tantum modo latera habet aequalia, scalenon uero quod tria latera inaequalia possidebit. amplius trilaterarum figura-
G 87 rum hortogonium, id est rectiangu|lum, quidem triangulum est quod habet angulum rectum; amblygonium uero, quod est obtusum angulum, in quo obtusus angulus fuerit; oxygonium uero, id est acutiangulum, in quo tres anguli sunt acuti. quadrilaterarum uero figurarum quadratum uocatur quod est aequilaterum atque rectiangulum; parte uero altera longius, quod rectiangulum quidem est, sed aequilaterum non est; rhombos uero, quod aequilaterum quidem est, sed rectiangulum non est; rhomboides autem, quod in

1. est circuli *r*. || 2. ad *Gbr*. || circumferentiam *Gb*. || 3. circum claudit *r* || uero *om r*. || 4. eam *G*. || 5. rectilinea figura est *b*. || 6. subiectis *b*, sub duabus rectis *r*. || continetur *b*. || est *om b*. || 7. sub duabus *br*. || rectilineis *r*. || 8. quae *om r*. || 8-10. *haec ex Frontino p.* 22, 4-7 *petita hic exhibet r et Boethius p.* 1489; *eadem ante* quadrilatera *uidentur ex b erasa esse; om G*. || 10. quam sub quatuor *r*. || 12. clauditur *br*. || Isokeles *b*, Isoceles *r*. || 14. trea *G*. || amplius trilaterarum figurarum *om b*. || 15. ortogoneum *br*. || 16. angulum undique rectum *br*. || Ampligonium *br*. || 18. acutum angulum *Gr*. || 19. Quadrilaterum *b*. || 22. Rombos *br*. || 23. Romboides *b*, rhombo. (rombon *r*) id est *Gr*. || autem *om br*.

contrarium conlocatas lineas atque angulos habet aequales, quod nec rectis angulis nec aequis lateribus continetur. praeter haec autem omnes quadrilaterae figurae trapezia calontae, id est mensulae nominentur. parallelae, id est alternae, rectae lineae nuncupantur quae in eadem plana superficie conlocatae atque utrimque productae in neutra parte concurrent. *Gbr*

Aetimata, id est petitiones, sunt v. petatur ab omni puncto in omne punctum rectam lineam ducere; item definitam lineam in continuum rectumque producere; item omni centro et omni spatio circulum designare; et omnes rectos angulos aequos sibi inuicem esse; et si in duas rectas lineas linea incidens interiores et ad easdem partes duos angulos duobus rectis fecerit minores, productas in infinitum rectas lineas concurrere ad eas partes quibus duobus rectis anguli sunt minores.

Cynae ennyae, id est communes animi conceptiones, hae. quae eidem sunt aequalia, et sibi inuicem sunt aequalia. et si ab aequalibus aequalia auferantur, quae relinquuntur aequalia sunt. | et si aequalibus addantur aequalia, tota quoque aequalia sunt. et quae sibimet conueniunt, [animo finitionis] aequalia sunt. [nemo resistere ullo tempore parti conuenienti poterit.] *b* 15 21 (*br*)

1. conlocatus *b*, collatas *r*. || 2. quod *b*, id autem *G*, Robon *r*. || 3. trapizea *r*. || 4. calonte *G*, καλείσθω *editiones Euclidis*, *om br*. || nominantur *br*. || Parallellae *r*, Parrallilae *G*. || 5. qui *G*. || 6. superficiae *G*. || collatae *r*. || utrumque *r*. || in neutram partem *r*. || 8. Ethimata id est *G*, *om br*. || 9. in omnem *Gr*. || lineam rectam *r*. || diffinitam *br*. || 10. incontinuatam *r*. || 12. Et *G*, item *br*. || inter duas *b*. || 13. interius sit *b*. || et *om G*. || ad eas partes *G*, ab eisdem partibus *r*. || 14. in *om r*. || 15. lineas rectas *r*. || partes *om br*. || 16. duo recti *b*. || angulis *r*. || 17. Cynas etnyas id est *G*, uero *b*, sunt *r*. || commones *b*. || 18. hae. aequae idem *G*, Haec quidem *r*, sunt. Haec quidem *b*. || 21. sibimet ipsi conueniunt *b*, sibimet ipsis conuenit *r*. || 22. animo finitionis *r*, *om Gb*. || sunt *Gb*, esse *r*. || *circum scripta om G*.

G

EXPLIC. PROLEGOMENA.
INCIPIT SCHEMATA.

Super datam rectam lineam terminatam triangulum aequilaterum constituere.

sit data recta linea terminata AB. oportet igitur super eam quae est AB triangulum aequilaterum constituere. et centro quidem A, spatio uero B, circulus scribatur BCED. et rursus centro B, spatio autem A, circulus scribatur ACFD. et ab eo puncto quod est C, quo se circuli diuidunt, ad ea puncta quae sunt A B adiungantur rectae lineae CA CB. quoniam igitur A punctum centrum est BCED circuli, aequa est AB ei quae est AC. rursum quoniam B punctum centrum est ACFD circuli, aequa est AB ei quae est BC. sed et AB ei quae est CA aequa esse monstrata est: et AC igitur ei quae est BC erit aequalis. tres igitur quae sunt CA AB BC aequae sibi inuicem sunt. aequilaterum igitur est CAB triangulum et constitutum est supra datam rectam lineam terminatam eam quae est AB; G 89 quod oportebat facere. |

b 15 r 8 (br) Ad datum punctum datae rectae lineae aequalem rectam lineam conlocare.

sit quidem datum punctum A, data uero recta linea BC. oportet igitur ad punctum A rectae lineae BC aequam rectam lineam conlocare. adiungatur enim ab A puncto ad B punctum recta linea ea quae est AB, et constituatur super AB rectam lineam triangulum aequilaterum quod est DAB. et eiciantur in rectum DA DB rectae lineae ad AG et BM. et centro quidem B, spatio autem BC, circulus scribatur CFE. et rursus centro D, spatio autem DF, circulus describatur FKL. quoniam igitur B punctum centrum est CFE circuli, aequa est

11. aequam est *G.* ‖ *ante* 19. De trianguli ratione et linearum *br.* ‖ 19. conlocare *G. sic et* 22. ‖ 23. enim $\overline{AB}$. a. puncto *G.*

CB ei quae est BF. rursus quoniam D punctum centrum est FLK circuli, aequa DL ei quae est DF. quarum quidem AD ei quae est DB aequa est: aequilaterum enim triangulum est id quod est DAB. reliqua igitur AL reliquae BF existat aequalis. sed et BF ei quae est BC aequa esse monstrata est, et BC ei quae est AL erit aequalis. ad datum igitur punctum id quod est A datae rectae lineae ei quae est BC aequa locata est ea quae est AL; quod oportebat facere. *G*

Duabus inaequalibus rectis lineis datis a maiore minori aequam rectam lineam abscidere. *br* (*br*)

sint datae duae rectae lineae inaequales | AB CD, et sit maior AB. oportet igitur a maiore AB minori CD aequam lineam abscidere. conlocetur enim ad A punctum ei quae est CD aequa ea quae est AE. et centro A, spatio uero AE, circulus describatur EGF. quoniam igitur A punctumc entrum est EGF circuli, aequa est AG ei quae est AE. sed et AE ei quae est CD erat aequalis, et CD ei quae est AG erit aequalis. duabus igitur datis rectis lineis inaequalibus eis quae sunt AB CD, a maiore quae est AB minori quae est CD aequalis abscisa est ea quae est AG; quod oportebat facere. *G* 90 (*G*)

Si duo triangula duo latera duobus lateribus habent aequa alterum alteri et angulum angulo habent ecum eum qui sub aequalibus rectis lineis continetur, et basi basim aequam habebunt, et triangulum triangulo aequum erit, et reliqui anguli reliquis angulis erunt aequales alter alteri sub quibus aequalia latera subtenduntur. *br*

4. reliquis $\overline{\text{BF}}$ *G.* existat *est* exstat. ‖ 9. aequalibus *b.* ‖ relictis *r.* ‖ minorem *br.* ‖ 10. aequa lineam *G.* ‖ 10. abscindere *r.* ‖ 13. Conlocetur *G.* ‖ 16. AG ei quae est AE. sed et] Igitur *G.* ‖ 22. duo *utrobique b.* ‖ 23. aequalaterum (aequilaterum *r*) alteri *r et pr b.* ‖ 23. habente (habentem *r*) cum eos (eis *r*) qui *br.*

br 9 Si trianguli duo anguli aequi sibimet inuicem sunt, et quae sub aequalibus angulis subtenduntur latera sibi inuicem erunt aequalia.

Super eandem rectam lineam duabus eisdem rectis lineis aliae duae rectae lineae aequae altera alteri nullo
b 16 modo constituentur ad aliud atque aliud | punctum ad easdem partes easdem fines aequalibus rectis lineis possidentes.

Si duo trianguli duo latera duobus lateribus aequa possideant alterum alteri et basim basi habeant aequam, et angulum angulo habebunt aequalem qui sub aequalibus rectis lineis continetur.

sint triangula . . . . . .

Datam lineam rectam terminatam in duas aequales diuidere partes.

Et datae rectae lineae ab eo quod in ea est puncto rectam lineam secundum rectos angulos eleuare.

Et supra datam rectam lineam infinitam ab dato puncto quod ei non inest perpendicularem rectam lineam ducere.

Quocumque super rectam lineam recta consistens angulos fecerit, aut duos rectos faciet aut duobus rectis [lineis reddet] aequales.

Si ad aliquam rectam lineam atque ad eius punctum duae rectae lineae non in eandem partem ducantur et circum se angulos duobus rectis fecerint aequos, in directum sibi eas lineas iacere necesse est.

1. aequae *b*. || sint *b*. || 3. aequales *b*. || 4. eandem aequalem rectam *br*. || 5. aequae *om br*. || 7. aequalibus *br*, primis *Boethius p*. 1497. || 9. Si *om br*. || 10. aequa *b*. || 11. aequale *b*. || 13. In triangulo *br*. || 16. in eo est *r*. || 18. ad *r*. || datom *b*, datum *r*. || punctum *r*. || 19. perpendiculare *r*. || 20. Quocumque per *br*. || 21. duabus rectis *b*. || 25. duabus *b*. || aequis *br*.

Si duae rectae lineae sese diuidant, ad uerticem angulos sibi inuicem facient aequos. *br*

Omnium triangulorum . . . . . exterior angulus utrisque interioribus et ex aduerso angulis constitutis maior existit.

Omnium triangulorum duo anguli duobus rectis angulis sunt minores omnifariam sumpti.

Omnium triangulorum maius latus sub angulo maiore subtenditur.

Si in uno quolibet trianguli latere a finibus lateris duae rectae lineae interius constituantur angulum facientes, quae constituuntur reliquis quidem trianguli lateribus sunt minores, maiorem uero angulum continebunt.

Ad datam rectam lineam et datum in ea punctum *b* 17 dato rectilineo angulo aequalem rectilineum angulum collocare.

Si duo trianguli duos angulos duobus angulis habuerint aequos alterum alteri, unumque latus uni lateri sit aequale, siue quod aequis adiacet angulis, seu quod sub uno aequalium subtenditur angulorum, et reliqua latera reliquis lateribus habebunt aequa alterum alteri, et reliquum angulum aequalem reliquo angulo possidebunt.

Si in duas rectas lineas recta linea incidens alternatim sitos angulos fecerit aequos, rectas lineas alternas esse necesse est.

Si in duas rectas lineas linea incidens exteriorem angulum interiori et ex aduerso angulo constituto reddat aequalem, rectas lineas sibi alternas esse conueniet.

1. sibi angulos *r.* || 7. minoris *b.* || 8. maiori *r.* || 15. rectolineo *b.* || aequales recti lineae angulos *br.* || 19. siue *r*, sibi *b.* || 21. alterum alteri] latera *br.* || 23. incidens quod alternatim sit et hos angulos *br.* || 24. fecerint aequos *b*, aequos fecerint *r.* || 27. interior *br.* || 28. sibi] sub *br.*

br Per datum punctum datae rectae lineae alternam rectam lineam designare.

r 10 Omnium triangulorum . . . . . exterior angulus duobus interius et ex aduerso constitutis angulis est aequalis, interiores uero tres anguli duobus rectis angulis sunt aequales.

Quae aequas et alternas rectas lineas ad easdem partes rectae lineae coniungunt, ipsae quoque alternae sunt et aequales.

Eorum spatiorum quae alternis lateribus continentur, quae parallelogramma nominantur, [et] ex aduerso latera atque anguli constituti sibi inuicem sunt aequales, eaque diametrus in duo aequa partitur.

Omnia parallelogramma quae in eisdem basibus et in eisdem alternis lineis fuerint constituta, sibi inuicem probantur aequalia.

Nam parallelogramma in basibus aequalibus et in eisdem alternis lineis constituta aequalia esse necesse est.

b 18 Aequalia sibi sunt | cuncta triangula quae in aequis basibus et in eisdem alternis fuerint constituta.

Aequa triangula quae in eadem basi et in easdem partes fuerint constituta, in eisdem quoque alternis lineis esse pronuntio.

Aequa triangula in aequis atque in directum positis basibus constituta, et in eisdem partibus, esse in eisdem quoque alternis necesse est.

Si parallelogrammum triangulumquae in eadem basi atque in eisdem alternis fuerint constituta, parallelogrammum triangulo duplex esse conueniet.

1. datam rectae lineae *r*, data recta linea *b*. ‖ alteram *br*. ‖ 3. *ubi addendum est* uno latere prolato, *br habent* et. ‖ 4. angulus est *r*. ‖ 5. uero trianguli *r et pr b*. ‖ 8. lineae recte *r*. ‖ 12. eamque *br*. ‖ 13. aeque partiuntur *b*. ‖ 14. et eisdem *r*. ‖ 24. Aequi *r*. ‖ in directis *r*. ‖ 25. esse] et *br*.

Omnis parallelogrammi spatii eorum quae circum dia- *br*
metrum sunt parallelogrammorum supplementa aequa sibi inuicem esse necesse est.

Dato triangulo aequale parallelogrammum in dato rectilineo angulo constituere.

Iuxta rectam lineam dato triangulo dato rectilineo angulo parallelogrammum aequale praetendere.

Dato rectilineo aequale parallelogrammum in dato rectilineo angulo conlocare [id est diametrum].

Quadratum ab data recta linea terminata describere.

In his triangulis in quibus unus rectus est angulus, quae rectiangula nominamus, quadratum quod a latere rectum angulum subtendente describitur aequum est his quadratis quae a continentibus rectum angulum lateribus conscribuntur.

Si ab uno trianguli latere quadratum quod describitur aequum fuerit his quadratis quae ab reliquis duobus lateribus describuntur, rectus est angulus qui sub duobus reliquis lateribus continetur. (*br*)

EX SECVNDO LIBRO EVCLIDIS.

Omne parallelogrammum rectiangulum sub his dua- *b* 14 *r* 7
bus rectis lineis, quae rectum ambiunt angulum, dicitur contineri: omnis uero parallelogrammi spatii eorum quae

1. *ita br propositionem Euclidis* 43 *exhibent ante* 42. || circa *r*. || 2. subplementa *r*. || aequa] ea quae *br*. || 4. aequalem *b*. || recto lineo *br*. || 6. *peruersa haec et mutilata*. || 7. aequalem *br*. || perpendere *r*. || 8. recto lineo *b*. || aequalem *br*. || recto lineo *b*. || 10. ad data *br*. || 11. est rectus *r*. || 12. quem recti angulum *br*. || 13. subtendentem *b*, subdendum *r*. || his est *r*. || 15. describunt *r*. || 18. et rectus est *r*. || 20. *sic Boethius p.* 1507: *om br*. || 21. perallelogrammum *b aliquotiens*. || 23. Omnes *br*. || quae] qui *br*.

br circa eandem diametrum sunt parallelogrammorum quodlibet unum cum supplementis duobus gnomo nominetur.

b 14.18 *r* 8.10 Si sint duae rectae lineae, quarum una quidem indiuisa, altera uero quotlibet diuisionibus secta, quod sub duabus rectis lineis rectiangulum continetur aequum erit his quae sub ea quae indiuisa est et una quaque diuisione [quod] (*b* 14 *r* 8) rectiangula continentur [conuenit habere possessores].

Si recta linea secetur, quod sub tota et una portione *r* 11. *b* 19 recti|angulum continetur | aequum est ei quod sub utraque portione rectiangulum clauditur et ei quadrato quod ad praedictam portionem describitur.

Si recta linea secetur ut libet, quod describitur a tota quadratum aequum est his quae describuntur ab una quaque portione quadratis et uis ei rectiangulo quod sub eisdem portionibus continetur.

Si recta linea per aequalia et per inaequalia secetur, quod sub inaequalibus totius sectionis rectilinium continetur, cum eo quadrato quod ab ea describitur quae inter utrasque est sectiones, aequum est ei quod describitur a dimidia quadrato.

Si recta linea per aequalia diuidatur, alia uero ei in directum linea recta iungatur, quod sub tota et ea quae adiecta est rectilineum continetur, cum eo quod describi-

2. subplementis *r*. || gynomo *b*, gynemo *r*. || *ante* 3 Hic de trigono diuidit *r p*. 8. || 3. sunt *r* 8. || 4. secta *priore loco br*; *altero* recta *r*, recti *b*. || 5. his qui *r* 8, his quibus *b* 14. || 6. sub aeque *b* 18. || quequae *b* 14, quaeque *b* 18 *r* 10. || quod *om b* 18 *r* 10. || 7. continetur *br*. || conuenit habere possessores *b* 14 *et addito* Trigonum sub sicciuum hic de extra cluso dicit *r* 8: Explicit (Explicat *r*) ratio angulorum *b* 18 *r* 10. || 8. secatur *r*. || 12. libed *b*. || 15. conuenit *br*. || 16. rectae lineae *b*. || 18. discribitur *b*. || 19. describit a dimidio *br*. || 21. pro aequali diuiditur *br*. || 22. directam *b*. || iungantur *b*. || toto *br*. || et aequae *b*. || 23. subiecta *r*. || rectilinium *b*. || discribitur *b*.

tur a dimidia quadrato, aequum est ei quadrato quod de- *br*
scribitur ab ea quae constat ex adiecta atque dimidia.

Si recta linea per aequalia ac per inaequalia secetur, quadrata quae ab inaequalibus totius portionibus describuntur dupla sunt his quadratis quae fiunt a dimidia et ab ea quae inter utrasque est sectiones.

Si recta linea per aequalia secetur eique in directum quaedam linea recta iungatur, quadratum quod describitur a tota cum addita et quadratum quod describitur ab ea quae addita est, utraque quadrata pariter accepta, ab eo quadrato quod scribitur a dimidia et ab eo quadrato quod ab ea describitur quae ex dimidia adiectaque consistit, utrisque quadratis pariter acceptis, dupla esse necesse est.

Datam rectam lineam sic secare ut quod sub tota et una portione rectilineum continetur ecum sit ei quod fit ex reliqua sectione quadratum [siue trigonum].

In his triangulis quae obtusum habent angulum tanto *b* 20
ea quae obtunso subtendit angulos lateribus amplius potest quae obtunsum continent angulum, quantum est quod tenetur uis sub una earum quae ad obtunsum angulum a perpendiculari extra deprehenditur.

Dato rectilineo ecum conlocare quadratum. (*b* 20 *r* 11)

EX TERTIO LIBRO EVCLIDIS.

Aequales circuli sunt quorum diametri aequales sunt, *b* 14 *r* 8
inaequales uero qui sic se non habent. recta linea circu-

1. dimidio *br*. || aequum que est *br*. || qui *br*. || discribitur *b*. || 3. quae per *br*. || ac per *b*, atque *r*. || 4. discribuntur *b*. || 7. in directam *b*. || 8. discribitur *b*. *sic et 9 et 12*. || 11. describitur *r*. || 13. dupla esse *r et corr b*, duplicem *pr b*. || 15. positione *r*. || cum *b*, aequum *r*. || que fit *b*. || 18. eo quae *r*: *in ceteris quamuis peruersis cum b consentit*. || 22. cum *b*, aequum *r*. || *add* Explicat liber tercius. Incipit quartus *r*. || 23. *sic Boethius p.* 1510. || 24. Aequales *om br*.

br lum contingere dicitur quae cum circulum tangat et in utraque eiecta sit parte, non secat circulum. circuli sese inuicem contingere dicuntur qui tangentes sese inuicem non secant. rectae lineae in circulo aequaliter centro distare dicuntur quando a centro in ipsas ductae perpendiculares sibi inuicem sunt aequales: plus uero a centro distare di-
(*br*)*b* 15 *r* 8 citur in quam perpendicularis longior cadit. | portio circuli est figura quae sub recta linea et circuli circumferentia
b 14 *r* 8 continetur. | in portione angulus esse dicatur, quando in circumferentia sumitur aliquod punctum, ab eo uero puncto
: 15 *r* 8) ad lineae terminos duae rectae lineae subiunguntur, | angulus [dicitur] qui sub duabus subiunctis lineis continetur: quando autem quae adiunguntur aliquam circumferentiae conpraehendunt particulam, in ea angulus consistere perhibeatur. sector circuli est figura quae sub duabus a
b 15 centro ductis lineis | et sub circumferentia quae ab eisdem conpraehenditur continetur. similes circulorum portiones dicuntur quae aequales suscipiunt angulos, uel in
(*b* 15 *r* 8) quibus qui describuntur anguli sibi inuicem sunt aequales.
b 20 *r* 11 Si in circulo per centrum linea quaedam recta dirigatur et quandam lineam rectam non in centrum positam in duas aequas diuidat partes, per rectos eam angulos secat: et si per rectos angulos secet, in duas [eum agrum diuidat] partes. [quem conportionales sibi defendunt].

Si intra circulum punctum sumatur in diametro, quod

1. quae eum *b*. || 2. sit *om br*. || 3. non *om br*. || 4. Ratae lineae *b*, Rectilineae *r*. || 5. quando *om br*. || 6. a circulo *br*. || 8. recta est linea *b*. || circuli *om b*. || 9. Portio circuli esse *priore loco br, ibique* dicitur *r*. || in circumferentiam *r utrobique et priore loco b*. || 10. uero punctum *b*. || 11. subiaciuntur *priore loco br*. || 12. continentur *b*. || 13. quae *om r*. || circumferentia *br*. || 14. ut in ea *br*. || 19. discribuntur *b*. || 21. non *om br*. || 22. per rectus eam angulus *br*. || 23. per rectus angulus *br*. || 23. 24. *debet esse* aequas diuidit. || quam *r*. || 25. in diametro] interius *br*.

non est centrum, et ab eo puncto ad circulum duae lineae *br*
uel plures dirigantur, [per eas lineas dantur circuli portionem. sed ab una parte una portio, quae est circuli conclusa figura, sub recta linea et circuli circumferentia concluditur. et cuius oportet consignari describatur in portione. nam quae est figura quae hic angulos facit et sub duabus coniunctis lineis continetur. | quando autem adiunguntur *r* 12
lineas aliquas circumferentiae conpraehendunt particulas, ut in eis angulis consistere perhibeantur. similes circulorum portiones dicuntur quae sibi inuicem sunt aequales, siue quadratae siue trigones, sicut infra monstraui. et datos possessores infra unum agrum, quos conportionales fieri oportet. sic et cetera.

Si intra circulum linea recta ducatur, quoscumque angulos facit, II duo anguli qui sunt a lateribus perpendiculum ab alterna diuisione circuli partes facit quas unus quis suas intus forma oportet accipere portiones.

Nam est eminens forma recta locorum, diuisio spectationum terrae mensurata, et ideo non ab hominibus sed ab aeterno creatore formata.] (*b* 20 *r* 11)

Ab dato puncto duas rectas lineas ducere quae datum *b* 22 *r* 13
circulum tangant.

Si in circulo punctum sumatur interius et ab eo puncto ad circulum plures quam duae . . . . lineae dirigantur, illud punctum centrum circuli esse necesse est. [et eas particulas qnae sunt per internas lineas loco cedere uel fundo oportere.] (*b* 22 *r* 13)

Si duo circuli ab exteriore se parte contingant, quae *b* 24 *r* 14
ad centra eorum linea recta dirigitur, in iunctura incidit circulorum.

1. non *om br.* ‖ 13. ceteri *b.* ‖ 21. Ad dato *br.* ‖ qui *br.* ‖ 23. in circulum *br.* ‖ 24. *addendum* aequae rectae. ‖ 26. caedere *r.* ‖ 28. parte se *r.* ‖ 29. iuntura *b.* ‖ 30. circulum *br.* ‖ *post diagramma addit r* ubi circulus circulum secat secundum puncta quam duorum.

br Vbi circulus circulum secat, secundum plura puncta quam unum minime contingit, [et] seu ab interiore iste seu ab exteriore parte contigerit.

In circulo quae rectae lineae aequalibus spatiis sunt a centro [coaequalibus spatiis a centro], hae sunt rectae lineae sibi inuicem aequales.

Quae in extrema diametro circuli per rectos angulos linea recta dirigitur, extra circulum cadet: et inter ipsam *r*15 uel circuli circumferentiam alia | recta non incidit: et semicirculi angulus ab acutiangulo rectilineo maior existit, reliquus uero ab acuto angulo rectilineo minor existit.

*b*25 Si circulum linea quaedam recta contingat et a centro ad contactum linea recta dirigatur, perpendicularis erit ea quae ducitur super eam quae circulum tangit.

Si circulum linea recta contingat, a contactu uero ei quae tangit in circulo per rectos angulos recta linea dirigatur, in ea quae dirigitur circuli centrum esse conueniet.

Circulorum similes portiones quae in aequis rectis lineis constituuntur, sibi inuicem sunt aequales.

(*br*) Quadrilaterarum figurarum, quae circulis ambiuntur, | *b*20 *r*12 ex aduerso sibimet anguli constituti duobus rectis angulis *b*21 [anguli] sunt | aequales.

In aequis circulis qui in circumferentiis aequalibus anguli consistunt, sibimet inuicem sunt aequales, seu a centro seu a circumferentia progrediantur.

Datam circumferentiam semicirculi in duo aequa diuidere [possit].

1. *immo* contingit. ‖ 4. sunt a] sumpta *br*. ‖ 5. haec *b*. ‖ 7. rectus angulus *br*. ‖ 8. directa *br*. ‖ 9. alia rectum *br*. ‖ 10. ab] sub *br*. ‖ 11. Reliquos *br*. ‖ maior *r*. ‖ 13. lineae *br*. ‖ 16. qui tangit *br*. ‖ porrecto *br*. ‖ angulus *b*. ‖ 17. dirigantur *br*. ‖ 18. quae] in quem sunt *pr b*, sunt quem *corr b*, sunt quae *r*. ‖ 19. sunt *om r*. ‖ 20. Quadrilaterum *br*. ‖ 23. quae *r et pr b*. ‖ 24. sibi et *br*. ‖ seu accentro sibi a circumferentiae *b*.

In circulo is quidem angulus qui in semicirculo est, *br* rectus existit; qui uero in maiore portione est angulus, minor est recto; qui autem in minore portione est angulus, maior est recto: et maioris quidem portionis angulus recto maior existit, minoris uero portionis angulus recto minor existit.

Si circulum linea recta contingat, a contactu uero in circulum quaedam circulum secans linea recta ducatur, quoscumque angulos facit, II [duo] anguli qui sunt in alternatim circuli portionibus, sunt aequales.

[Ex hoc igitur manifestum est quoniam si a puncto circuli duae lineae rectae sese contingant, et sibi inuicem sunt aequales.]

Super datam rectam lineam circuli describere portionem quae dato rectilineo angulo . . . . [unus quis suas intus circulo oportet accipere portiones.] (*b* 21 *r* 12)

EX QVARTO LIBRO EVCLIDIS.

Figura intra figuram dicitur inscribi, quando ea quae *b* 15 *r* 8 inscribitur eius in quam scribitur latera uno quoque suo angulo ab interiore parte contingit. circum inscribi uero figura figurae perhibetur, quotiens ea quae circum inscribitur figura eius cui circum inscribitur suis omnibus lateribus omnes angulos tangit.

Intra datum circulum datae rectae lineae quae dia- *b* 21 *r* 12 metro minime maior existat aequam rectam lineam coaptare. (*b* 15 *r* 8)

1. is quidem] isdem *br*. || 2. exsistit *b*. || 3. minori *r*. || 7. Si in circulum *b*. || contractu *r*. || in circum *br*. || 10. alternatem *pr b*, alternati *r*. || 14. datas rectas lineas *br*. || describere partesq; dato (data *corr b*) *br*. || 17. *sic Boethius p.* 1511: Hic trigonus *r*. || 18. eam quae *br*. || 20. contigit *r*. || Circulos (Circulus *pr b*) scribi uero *br*. || 21. figurae *om b*. || quae *pr b*, qua *r et corr b. proxima* circum inscribitur *om br*. || 24. quae in *b* 15 *r* 8. || diametri *b* 21 *r* 12. || 25. exit ad *b* 15 *r* 8. || lineam quae aptare *b* 15 *r* 8.

br Intra datum circulum dato triangulo aequorum angulorum triangulum conlocare.

Circum datum circulum dato triangulo aequalium angulorum triangulum designare.

Intra datum circulum triangulum designare.

Intra datum circulum quadratum describere.

Intra propositum quadratum circulum designare. [et intra circulum per rectas lineas triangulos fieri.]

Circa datum circulum quinquangulum aequilaterum et aequiangulum designare.

Intra datum quinquangulum, quod est aequilaterum *r*13 et | aequiangulum, circulum designare.

[Nam omnia quaecumque sunt numerorum, ratione sua constant, et proportionabiliter alii ex aliis constituuntur circumferentiae aequalitate multiplicationibus suis qui*b*22 dam excedentes atque | alternatim portionibus suis terminum facientes.]

1. quorum *r*. || 3. circulum *b*, angulum *r*. || 6. discribere *b*. || 8. circulo perrectus *pr b*. || 11. quinque angulum *b*. || 12. et, *item* circulum, *om br*.

EX DEMONSTRATIONE ARTIS GEOMETRICAE EXCERPTA.

p. 1536

Geometria est disciplina magnitudinis immobilis, formarumque descriptio contemplatiua, per quam unius cuiusque termini declarari solent; documentum etiam uisibile philosophorum. quod Latine dicitur terrae dimensio, quoniam per diuersas formas ipsius disciplinae primum Aegyptus fertur fuisse partitus pro necessitate terminorum terrae, p. 1537 quos Nilus fluuius inundationis tempore confundebat. cuius disciplinae magistri mensores ante dicebantur. sed Varro peritissimus Latinorum huius nominis causam sic extitisse commemorat, dicens prius quidem dimensiones terrarum, terminis positis, uagantibus ac discordantibus populis pacis utilia praestitisse; deinde totius anni circulum mensuali numero fuisse partitum. tunc et ipsi menses, quod annum metiantur, dicti sunt. tunc et dimensionem orbis terrae probabili refert ratione collectam. ideo factum est ut disciplina ipsa geometriae nomen acceperit, quod per saecula longa constaret. *brv mr122v*

Vtilitas geometriae triplex est, ad facultatem, ad sanitatem, ad animam. ad facultatem, ut mechanici et architecti; ad sanitatem, ut medici; ad animam, ut philosophi.

1-17. *haec ex Cassiodoro sumpta sunt de geometria.* ‖ 1. Geometrica *mr.* ‖ et formarum quae est *m.* ‖ 2. di^escriptio *b.* ‖ 3. declinari *r.* ‖ 6. partita *v et corr b.* ‖ 7. quos *in litura b*, quod *mr.* ‖ confundebat *m*, infundebat *brv.* ‖ 9. peritissimi *m.* ‖ 10. quidem] quam *m.* ‖ 12. praestetisse *pr b.* ‖ 13. tunc] *immo* hinc. ‖ animum *m.* ‖ 14. metiuntur *v.* ‖ dicti *v*, edicti *bmr.* ‖ 15. collectum *bmr.* ‖ 16. geometrice *mr.* ‖ acciperet *v.* ‖ pro *m.* ‖ 18. De utilitate geometrie rubrica *v.* ‖ geumetriae *pr b*, geometrice *mr.* ‖ 19. moec^hanici *b*, mechani *m.*

bmrv quam artem si arte et diligenti cura adque moderata mente perquirimus, hoc, quod praedictis diuisionibus manifestum est, sensus nostros magna claritate dilucidat. et illud supra. quale est caelum animo subire, totamque illam machinam supernam indagabili ratione discutere, et inspectiua mentis sublimitate ex aliqua parte colligere et agnoscere mundi factorem, qui tanta et talia archana uelauit! nam mundus ipse spherica fertur rotunditate collectus, ut diuersas re-
b2 rum | formas ambitus sui circuitione concluderet. unde librum Seneca consentanea philosophis disputatione formauit, cui titulus est de forma mundi. nam in geometria utique partem fatemur esse utilem teneri et actibus agitari in omnibus prodesse eam existimamus. nec sine causa summi uiri etiam inpensam huic scientiae operam dederunt. cum sit geometria diuisa in numeros atque formas numerorum, [nota] non tantum oratori sed cuique primis saltem litteris erudito necessaria est, quod ad subtilitatem constat tenuissima et ad scientiam utilissima et ad exercitationem ualde iucundissima. in causis uero frequentissime quaeritur, quia primum ordo est geometriae necessarius: nonne et eloquentiae? ex prioribus geometria probat insequentia et certis incerta. propter quod plures inuenias qui dialectici similiter et rethorici ingrediantur hanc artem. dialectico namque syllogismo, si res poscit, utitur. et qui

1-11. *ex Cassiodoro de astronomia.* ‖ 1. si arcte *v*, si artem *r*. ‖ 4. celum *v*, enim *bmr*. enim ad caelos *apud Cassiodorum*. ‖ 5. superna *m*. ‖ *add* al' *ante* discutere *v*. ‖ inspectiuam *m*. ‖ 6. subtilitate *Cassiodorus*. ‖ 7. reuelabit *m*. ‖ 8. sperica *r*. ‖ 10. senica *m*. ‖ disputatione phylosophis *b*. ‖ 11-*p*. 395, 14. *haec Agennii Vrbici esse suspicor. conf. p.* 65, 12. ‖ 12. actibus *v*, altibus *mr*, alpibus *b*. ‖ 14. huius *m*. ‖ operam *post* inpensam *b*. ‖ 16. nota *mrv*, rota *pr b*, noticia *corr b*. ‖ 17. eruditio *m et pr b*. ‖ 19. ualde] *rasuram b*. ‖ iocundissima *rv et corr b*. ‖ 20. quia] quare *deletum b*. ‖ 21. geometriae *b*. ‖ 23. rethores *corr b*. ‖ 24. poscet *m*. ‖ utetur *m*, utatur *r*

sunt potentissimi grammatici quos apodixis Grece dicuntur *bmrv*
idem probant: et certe enthimemate, qui rethoricus est syllogismus, quod Latine interpretatur mentis conceptio, quem inperfectum solent artigraphi nuncupare. et ipsa denique probat cuius sit formae circuitus, quot lineis rectis continetur, quibus modis finitur, quae illa circum currens linea si efficiat orbem, quae forma est in planis maxime perfecta in quanto spatio conplectitur, et si quadratum paribus oris efficiat rursum quadrata triangulis, triangula ipsa plus aequis lateribus quam inaequalibus, et alia forsitan obscuriora. quod etiam operis sequi oportet experimentum. haec in planis : nam in montibus et collibus etiam inperito patet quia | per solis cursum et umbrarum motum conpraehenditur et per diuergia aquarum segregatur. *a* 84

Nunc ad epistolam Iulii Caesaris ueniamus, quod ad huius artis originem pertinet, ut nec ipsius auctoris gloria pereat et nobis plenissime rei ueritas ad notitiam ueniat. quisquis ille tamen hanc epistolam studiose legere uoluerit, quibusdam conpendiis intro ductus lucidius | maiorum dicta in breui percipiet. *b* 3

Diuus Iulius Caesar, uir acerrimus et multarum gentium dominator, frequentia belli militem exercuit, ampliorum bellorum operibus augendae rei causa inlustrium ui-

1. gramatici *b*. ‖ quos *bmr*, qui *v*. ‖ dicunt *corr b*. ‖ 2. idem] id est *r*. ‖ enthimimate *pr b*, enthimenate *r*. ‖ 4. imperfectum *v*, profecto *bmr*. ‖ ipse *mrv*. ‖ 5. quod *bmr*, et quod *corr b*. ‖ ineis *pr b*. ‖ 6. quis *m*. ‖ illa *deletum b*. ‖ 7. sic *corr b*. ‖ efficiet orbemq. forma *m*. ‖ maxima *v et pr b*. ‖ 8. in quanto *m*, in quam tot *r et pr b*, in qua tot *v et corr b*. ‖ spatia *brv*. ‖ complectetur *b*. ‖ horis *m? rv*. ‖ 9. rursus *v*. ‖ triangulus *v*. ‖ 11. propter quod *corr b*. ‖ 13. per solum *a*. ‖ cursus *pr b*. ‖ motum *om r*. ‖ 14. et pro *a*. ‖ 16. ipsius *om pr b*. ‖ gloria sua pereat *a*. ‖ 17. et *abmr*, ut *v*. ‖ 18. large *v*. ‖ 21-22. *Hygin. p.* 177, 1-3. ‖ 22. militer *pr b*? ‖ 22-24. *Hyg. p.* 176, 1. 2. ‖ 23. operibus ... uirorum *om m*. ‖ rei p. causa *corr b*.

abmr2v rorum | urbes ingressus est, gentium populos rogantes recepit, tyrannos gladio interemit. et postquam hostilem terram obtinuit, deletis hostium ciuitatibus denuo nouas urbes constituit, dato iterum coloniae nomine ciues ampliauit. milites colonos fecit alios in Italia, alios in prouinciis quibusdam. hecque diuus Augustus adsignatas urbes prouintiarum exercitui iussit propter subitam bellorum aciem non solum eas ciuitates demum cingere muris, uerum etiam loca
p. 1538 aspera et confragosa saxis alligari, ut illis maxime propugnaculo esset ista loci natura, et ab agrorum noua dedicatione culturae colonias appellauit; quae coloniae his uictoribus qui temporis causa arma ceperunt adsignatae sunt.

Ergo nequid nos praeterisse uideamur, sed magis eorum exempla sequamur, saepe erit ad formam respiciendum. et quia montium altitudines praeesse oratio monstrabat, per ascensum praecelsi cacuminis aciem laboriose signa ex lapidibus constructa reliquimus. et est munita discretaque locorum quantitas, quod permanet separatim per aquarum diuergia in utraque parte ualde nota partitio. alia loca riparum cursus seruat. pro id ut etiam si hostis nos infestare uoluisset, eos ex proxima ripa poteramus expug-

1. *Hygin. p.* 177, 6. 7. ‖ regnantes caepit *m.* ‖ 2. posquam *b.* ‖ 3. 4. *Hygin. p.* 177, 11. 12. ‖ 3. nouas *om b.* ‖ 4. condidit *r.* ‖ 4. *Hygin. p.* 177, 15. 178, 1. ‖ 5. *Hygin. p.* 177, 10. 11. ‖ 6. 7. *Hygin. p.* 177, 8. 9. ‖ 6. hicque *a et corr b*, Haec quae *r.* ‖ 6. assignatus *v et corr b.* ‖ 7. exercitu *mr et pr b.* ‖ et iussit *corr b.* ‖ 7-10. *Hygin. p.* 178, 19-179, 3. ‖ 7. subita *m et pr b*, subitas *v.* ‖ aciem *a et corr b*, aciae *pr b*, acie *m*, acierum *r*, acies *v.* ‖ 9. saxis *ab*, factis *mr*, satis *v.* ‖ 10. est et ista *v.* ‖ 11. 12. *Hygin. p.* 176, 4-7. ‖ 12. ceperunt *br*, cepere *v.* ‖ 13. *Balb. p.* 94, 3. ‖ 14. exemplum *m.* ‖ 15. *Balb. p.* 93, 2. 3. ‖ monstra *m.* ‖ 16. per ascensum *om m.* ‖ 16. que signa *b.* ‖ 18. quod *abr*, que *v.* ‖ 19. aliis locis *corr b.* ‖ 20. seruatur *bmv.* ‖ proinde etiam *v*, propter ut etiam *corr b.* ‖ 20. 21. *Balb. p.* 92, 18-93, 1. ‖ 20. hostes *et* 21. uoluissent *corr b.*

nando rumpere. nam circa regionem maritimam limites *abmrv*
rectos censuimus, et ex lapidibus conpactis totam limitum
recturam cursim demonstrauimus; quia coloniae omnes | *b* 4
quae ad mare ponuntur, litore maris terminantur. agros
conuallium iure ordinario disposuimus, quos intercisiuos
nominauimus. in planitia uero limites recte cultellauimus.

Plerumque sunt agri quam multi adsignati. quorum
mensura limitum licet diuersa sit, tamen distant a se alius
ab alio in pedes C, in pedes CL, in pedes CCXL, in pedes
CCC, in pedes CCCXC, in pedes CCCCXX, in pedes CCCCLXXX,
in pedes DC, in pedes DCC, in pedes DCCCXL, in pedes
DCCCCLXII, et in pedes IXX, in pedes ICC, in pedes ICCCCXL,
in pedes mille DC, in pedes IDCC, in pedes IDCCC, in pedes
IICC. in conspectu tamen longo, quo signis limitem agimus.
si fuerit terminus crassus Augustalis, et ab alia parte longa
crassus geminatus, hii duo limites maximi decimanus et
cardo nominati sunt. per multa milia pedum concurrunt,
et nisi in alpes finiant, diuidunt agros dextra leuaque rec-
tarum linearum inter se continentium.

Omnem mensuram huius culturae mediam longiorem
siue latiorem facere debes: et quod latitudine longius fue-
rit, scamnum est; quod uero in longitudinem longius fue-
rit, striga.

1-4. *Colon. p.* 219, 9-12. || 2. et *br*, *om v*. || tota *m*. || 3. rectura *m*. || cursum *mv*. || demonstrabimus *v*. || 4. qui *m*. || 6. *conf. Front. p.* 27, 12. || planitie *v et corr b*, planiciae *r*. || cultellabimus *m*. || 7. sint *pr b*. || 7-11. *Colon. p.* 222, 6-10. || 8. tamen etiam distant *v*. || 10. CCCXC *a et corr b*, CCCLXI *mv et pr b*, CCC lxl *r*. || 11-14. *Colon. p.* 223, 5. 6. || 11. DCC] dccc *corr* . || 12. dcccclxli *r*. || et *b*, *om ceteri*. || ICCCXL. *v*. || 13. mille *b*, m *r*, I *amv*. || 14. agunus *r*. || 15. crassus terminus *a*. || si agustalis *m*. || longe *corr b*. || 16. crassus *brv*, graphus *a*, grafus *m*. || decumanus *a et corr b*. || 17. *Colon. p.* 220, 14. || ac per *corr b*. || 18. alpibus *corr b*. || finiantur *b*. || 20-23. *Hyg. p.* 206, 15-207, 2. || 20. medium *br*. || 21. et *br*, *om amv*. || 22. in longitudine *r et corr b*. || lacius *corr b*.

abmrv Sunt fundi bene meritorum, et pro estimo ubertatis angustiores adsignati sunt. loca macra et arida ampliori termino conclusa sunt.

Sunt loca subsiciua quae ad ius ordinarium non pertinent. sed si conuenerit inter possessores, possideant: si *b* 5 non conuenerit, remanet potestati. | alia loca sunt praefectoria, quae ad ius publicum pertinent. totidem si possessoribus conuenit, possident.

Sunt autem loca publica haec quae scribuntur SILVA ET PASCVA PVBLICA AVGVSTINORVM. quae ullo modo alienari nequeunt, et possident tutelam aut templorum publicorum aut balnearum. quae loca collina appellant.

Ager extra clusus est qui intra finitimam lineam et centurias interiacet. ideo extra clusus, quia ultra limites finitimos cluditur.

